DVNCANVS

Fingit se Medicum quisquis Idiota, prophanus,
Iudaeus, Monachus, Histrio, Rasor, anus.

95

~~medic.~~ 5619.
" 5620.
" 5621 = Inc 2711

Inc. Cim. 2711
Bibl. Jag.

V B J C

Inc. 2711

U VIII
20

Bibl. Jag.

PLVTARCHI CHERONEI DE PHILOSOPHORUM PLACITIS LIBELLUS ELEGANTISSIMUS, INTERPRETE GUILIELMO BUDEO.

Sum Laurentii Curtelonii Stud. Cracov. Anno D 1599 sibi comparavit

Medic. 5620

Inc. 2711 (b)

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

Iacobus Stapulensis Hermonymo suo. S.

QVos ad me misisti Plutarchi Cheronei libros a Budeo nostro latinos factos, celeri lectione per currendo nihil vsqueadeo (vt verũ fatear) mihi perplacuit atq; ipse operis interpres, qui a nobis dignus existimatur & coli, & obseruari, vt quem non modo latina sed & græca literatura plurimũ exornet, cultiorũ semper authorum amatorem, qui q; se prębeat nostratibus virtutis incitamentum non par uum. Nostrates voco, studii Parisiensis alumnos. Quem si æmularentur plurimi, fœda barbaries (quę male mode rantium animos diutius obsedit) non linguæ solum sed & mentis exolesceret, exularetq; funditus. Verum vt de plutarcho Plutarchiq; de placitis philosophorum epitomatis, nonnihil addam. Scire licet, studia partitionem re cipere, & hæc quidem seria esse, illa vero iocosa magis. Prima grauia sunt & tetrica, solamq; admittentia verita tem, secunda leuiuscula, vt quę menti grauiore studio de fessę, magis rei nouitate q̃ veritate leuamina p̃stent, risũ q; plerũq; extorqueãt. Secũdo igit̃ generi hoc in opusculo (haud secus ac Lucianus Samosatenus ferme passim) studuisse videt̃ Plutarchus. Non tñ vtilitate careat pręsertim iis qui in libris tũ academicorũ, tũ peripateticorũ vsabunt̃, q; in eorũ voluminibus sępenũero vetustiores, vetustiorũq; scripta (nõ nunq; ex nomine citato authore non nũq̃ suppresso) vt ad Critolai staterã vocent̃ in ius, quę pleniora frequentius, expressioraq; desyderant̃, quę quidẽ hoc in opere & absolutiora, & cuius authoris erũt, cognosci valebũt vel aptissime. Quare qui legerint nõ id sine vsu facturos, qppe qui intelligent, nõ ab re Aristotelem priscorũ refutasse sententias, opinataq;. Neq; (ceu ple riq; putãt) illa cõfinxisse, falsoq; illos insectatũ isse Valę.

PROLOGVS

GVILLIELMI BVDEI PARISIENSIS REGII SECRETARII IN LIBROS

Plutarchi, De Placitis Philoſophorum naturalibus, e græco in latinum conuerſos. Ad clariſſimum virum Germanū Ganeium Parlamentarem conſiliariū, Beluacenſis eccleſię Decanum. Præfatio.

PLEROSq; ſeculi noſtri ſcriptores videmus Germane Ganei, lucubrationū ſuarum præfationes duabus in rebus conſumere, in emerenda eorum quibus eas dicant gratia, aucupandaq; apud lectorum vulgus inani fama, illos quidem perfricta (quod aiūt) frōte, ſupra humanum faſtigium efferendo. Apud hos vero vendibiliora ſua ſcripta verborum lenociniis faciendo. Ego vero cum ab hoc more noſtrates fere homines vſq; adeo abhorrere videam (de elegantibus & omnis gnaris humanitatis loquor) vt etiā vltro oderint huiuſmodi ꝓſtituta ingenia, nedū vt impudentis putidaſq; adeo laudationes auribus deuorare poſſint. Tū vero ꝙ ſi cuiuſq̄, certe minime meū eſt, potentibus per ambitionem induſtriam venditare meā. Prorſus aliter me comparaui. Nec enim ingenium tuū, nec mores, nec famæ integritatem (quæ in primis prędicari ſolent) attingam, genus, neceſſitudines, opes nihilo magis, omnino in adſentatiōis opinionem incurrere nolo. Tametſi cum viro parlamentarius, ſis vnuſq; ex auguſtiſſima illa decuria, nec vnus adeo neſcio quis, ſed certę cuiuſdam notę, quam ne ſi ſciā quidem dicere auſim. Cum igitur in ampliſſimi ordinis oculis iam diu vitā agas, in quo quidē germanus tuus vnus eſt e quattuor, tanq; ordinis viſendi conſenſus inſigni-

bus, vrbisq; adeo huius vel regni potius decoribus, quali dignatione sis, in obscuro esse non potest, sicut fere vmbratilis hominum vita innotescere in publicum nequit. Cōmendabilius fortasse, plausibiliusq; laudandi genus apud omnis ordines sit, si cōmemorem q̄ literarū amans fautorq; sis, q̄ eruditissimorum virorum studiosus, quis cū conuiuere soles, vt de literatissimo quoq; optime meritus. Verū hæc omnia ne perstringere quidem nunc rei dignitate vacat. Quod aūt ad me attinet, ita omnis existimare velim hanc me accepisse prouinciam, nō mihi sumpsisse. Nam cū superiore anno Lascaris Rondacenus, vir natione græcus, sed græcorū latinissimus naturalia Plutarchi decreta latine interpretanda te poscente recepisset idq; per otium ei facere non licuisset, q; iam annum eum inter aulicos agentem desyderamus, tu altero ab hinc mense cum ex secessu in vrbem rediissem continuo huius incœpti onus in humeros, profecto impares ei, inclinasti, vsq; eo helluo librorum es, quod de Catone Cicero dixit. Habes igitur vicarium & tanq; succidaneum Plutarchi interpretamentū, quod cum iam sesqui mensem a me crebris nuntiis efflagitas circa alia nonnihil occupato, quod & si in nonum saltem mensem premēdum fuit, si per te mihi intra venię spem licuisset esse cauto, non recuso tamen quin tibi editum specimen putes facultatulæ industrięq; nostrę, sub iudiciorūq; aleam (si ita res feret) cadat. Candidos tantum lectores huius nostræ lucubratiunculę admonitos peruelim, vt si qua in eo errata offenderint (vt certe nō pauca offendent) ea si haud ita inexpiabilia sint, tibi imputēt, mihi vero tua in culpa ignoscant, vt qui hoc mihi extuderis vel potius expresseris mordicus, prope dixerim, retentanti. Nam stilum nostrū sat scio duriorem visum iri, sed non iis adeo fortasse

qui grçce quocꝫ legerint. Huic enim ſcribendi generi cō tracto,preſſo & conciſo,nō facile addi ſuſç fluentiſcꝫ ora tionis nitor perſpicuitaſcꝫ poteſt,adde rerum obſcurita- tem verborūcꝫ interdum inſolentiam. Vnum affirmare poſſum,opus me breue aggreſſum,ſed quod pluris q̄ pro chartarum numero çſtimandum ſit. Laborandum enim mihi fuit ne aut inepte fidus interpres eſſem,aut cum ad verbum omnia vertere nollem,ne quçdam etiam ad ſen ſum non verterem,interdumcꝫ verba clauſulaſcꝫ appen dere magis q̄ adnumerare conati ſumus. Contracꝫ nō- nuncꝫ ſupnumerariis(vt ita dixerim)verbis grçcarū di- ctionum pondera rependere. Quç omnia ſi in vllo vncꝫ ſcribendi genere,in hoc ſane facienda fuerunt, vt in quo certe latinitas græcç non reſpondet opulentiæ. Colligen da vero corrogandacꝫ ex nō paucis authoribus ĳſcꝫ claſ ſiariis latina verba fuerunt,non facile cuilibet obuia,ne ſi græcis vterer,etſi iam in triuiis tritis (vt fere iam in na turalibus latina verba obſoleuerūt)hoſpitari in vrbe no ſtra peregrinaricꝫ viderer,perinde atcꝫ inter patriū pere grinumcꝫ cultum delectū habere non didiciſſem,qui co- natus an euaſerint, viderint illi quibus vtriuſcꝫ linguæ facultas comparata eſt. Qꝫ q̄ qui latine ſciunt de toto pro pemodum opere iudicare poſſunt,non modo de ſtructu ra,quid cui conſentaneū diſſentaneum ve ſit,quid cohç rens aut pugnans. Tametſi in huiuſmodi offenſaculis ſi vnū forſan aut alterū reperietur,cauſari poſſem id quod tu probe noſti,in emendando exemplari græco exudan- dā mihi laboris partem nō contemnendā fuiſſe. Quippe quod in hac librorū vnicū inopia nactus ſum, literis iā exoleſcentibus. vtcuncꝫ confido probe te atcꝫ etiam can- dide de toto opere arbitraturum, ſi præſertim non ſine Theſeo(vt aiunt)tuo legeris, id eſt ſi Ioannem Guacieri

um adhibueris, virum cum humaniorum disciplinarum peritum, tum vero Theologorum decus. Cæterum lectores rursus (si qui morosiores sunt) exoratos velim, ne merx hæc nostra propter ea eis sordeat, quod cisalpina est atque adeo domestica, non importata, non aduentitia, non (vt inquit Plautus) exotica. Nos enim verbis tropisque vtimur, vt intra parietes non modo intra pomœria natis, proinde ne mihi dicant, vnde tibi frontem interpretandique fiduciam? qui nunquam a patrio solo abnoctaueris, nunquam (vt dici solet) vnguem latum a matre discesseris. Nam si mihi per conditionem institutumque vitæ inter doctos versari meo modo licuisset, profecto excultiorem interpretem tersioremque habuisses. Verum ne in hac quidem rerum incommoditate literas despondimus. Sed iam vereor ne tantuli operis exordium proportione maiusculum sit. Vale, Parisiis calendis Ianuariis. M. D. II.

GVILLIELMI AD GERMANVM HEXASTICHON.

Accipe primitias nostræ Germane mineruæ:
    Nare sed infesta ne precor ipse legas.
Egerit egregie mecum fortuna, cauere
    Si potui culpam, gloria nulla licet.
Gloria quæretur forsan limatior olim
    Si stilus euadet, parca nec inuideat.

LIBRI PRIMI ANNOTATIO BREVISSIMA.

PLVTARCHI CHERONENSIS DE PLACITIS DECRETISQVE PHILOSOPHORVM NATVRALIBVS. LIBER PRIMVS.

TRADITVRI naturę enarrationē necessariū duximꝰ in principio statim tractationē philosophiæ in partis distribuere, vt noscamus. Et quid sit, Philosophia & quota pars eius naturę explicatio. Stoici igitur quidē dicunt Sapientiā diuinarū humanarūq; rerū scientiam esse. Philosophiā vero accōmodatę vitæ artis meditationē. Hanc aūt vnā esse & eandem summā virtutē. Virtutes porro generalissimas treis, naturalē, moralem, rationalem, ex quo & tripertitā philosophiam. Eius enī partem vnā naturalem, aliam moralē, & rationalē aliam. Et naturalis quidem est inquiūt, quū aut de mundo, aut de iis quę in mundo sunt quęrimus. Moralis in humanę degendæ vitę ratione occupata est. Rationalis in dissere͂di ratione, quā ipsam & dialecticā id est sermocinatricem vocant. Aristoteles aūt & Theophrastus, & fere peripatetici hoc modo philosophiā partiti sunt. Necesse est inquiunt consummatū virum & eorū quæ sunt contemplatorem esse, & eorū quę decent actorem. Hoc aūt sic intelligere licet, Si verbi gratia quęrat̄ animans nec ne sit sol? esse enim videtur. qui hoc igit̄ quęrit is cōtemplator est. Quippe qui nihil aliud q̄ id quod est, quęrit. si item quęrat̄, mundus ne infinitus sit, & si quid est pręter mundū. Hęc namq; omnia in cōtemplatione sunt. Rursum quærit̄ quomodo instituēda vita, aut liberi, aut gerendus magistratus, aut sanciendę leges. Hæc igitur omnia agendi gratia quęrunt̄, huiusq; modi vir actuosus est.

Perfectus qui et consummatus

Quid sit Natura.

QVoniã igit̃ proposita nobis est rerũ naturalium cõsyderatio, necessariũ esse duximus explanare quid sit natura. Etenĩ absurdũ sit eũ qui de natura differere conet̃, hui⁹ ipsius ignorare naturæ potentiã. Est igit̃ natura, vt Aristoteli placuit, principiũ motus atq; quietis dũtaxat, in quo primigenie inest non etiã per accidens. Siquidẽ quę vident̃ oĩa, quæ quidem neq; a fortuna, neq; a necessitate, neq; a diuino numine aut huiusmodi causam habẽt, naturalia dicunt̃, suãq; ipsorũ naturã habẽt, veluti terra, ignis, aqua, aer, stirpes, animalia. Hęc pręterea quę fieri videmus, imbres, grandines, fulmina, turbines, vẽti. Hæc enim principiũ quoddã habent, vtpote quę ante prima secula fuerint, sed suũ ortũ habeant. Hęc igitur veluti animantes, stirpes generationis principium habent, in eisq; natura principiũ in primis est, atq; adeo motus nedũ quietis nã quæcunq; motus principium habẽt, eadem interitũ quoq; capere possunt. Merito itaq; natura motionis principium est atq; quietis.

In quo differant principiũ & elementũ.

ARistoteles igit̃ & Plato differre putãt principiũ & elementũ. Thales vero Milesius idem esse arbitrat̃ principiũ & elementum. Verũ hæc magnopere differũt inuicem. Siquidẽ elemẽta cõposita sunt, principia aut nec remur esse cõposita nec cõfectum quiddã. Verbi gratia elementa vocamus, terrã, aquã, aerem, ignẽ. Principia vero propterea vocamus q nihil se prius habeant ex quo procreata sint, alioqui principia nõ essent, verum illud potius ex quo genita essent. Terra autẽ & aqua priora quædam sunt ex quibus procreata sunt, Hyle nimirum illa id est sylua rudis & infor

mis, speciesq́ ipsa quã vocamus entelechiam id est actũ quendam continuũ & perpetem, nec nõ priuatio. Lapsus igit̃ Thales, principiũ dicens idẽ atq́ elementũ esse.

De Principiis.

VErũ enimuero Thales ille Milesius principiũ rerum aquã existimauit esse. Is autẽ videt̃ philosophię princeps fuisse, a quo quidẽ Ionica secta appelata est. Fuerunt enĩ plurimę deinceps philosophię successiones. Hic diu in ægypto philosophatus iam senior Mileton se contulit. Isq́ ex aqua omnia sensit esse, & in aqua vicissim redire. Adducitur aũt huiusmodi coniectura, primo q̃ animantiũ oĩm principiũ genitura sit, eadẽ humida, ex quo simile esse veri ex humore omnia principiũ ducere. Deinde q̃ stirpes omnes humido alantur & ad frugem euadant. Humoris aũt expertia actutũ arescant. Postremo q̃ ipse solis ignis syderũq́ aquarũ expiramentis alat̃, quinimmo & mundus ipse. Qua de causa Homerũ eandem mundi procreationẽ posuisse vult. Oceanus, de quo primũ sunt omnia nata. Anaximander Milesius omniũ quę sunt principiũ naturæ infinitatẽ esse putat, ex hac enĩ omnia esse & in hãc omnia tabescere, propterea & infinitos gigni mũdos, & eos rursum cadere in id vnde orti sint. Nã cur inquit infinitũ est, nempe vt ne quo deficiat̃ ꝑcreatio, quæ omnia constituit, a quaq́ oĩa subsistentiã habent. Fallitur aũt vt qui nõ addat q̃d infinitas sit, nũ aer sit, an terra, an aqua, an alia quędã corpora. Fallit̃ igit̃ cũ materiã putat, efficiẽtẽ vero causam tollat. Infinitas aũt nihil aliud q̃ materia est. Atqui materia efficientia esse nõ potest nisi efficiens subsit. Anaximenes autem Milesius principium rerum aerem esse dixit, ex eo enim omnia constare, in eũq́ tandem resolui, veluti anima inquit nostra aer cũ sit, nos cõ

tinet & tuetur, mundũ vniuersum spiritus & aer complectitur & continet. Dicuntur vero spiritus & aer mutuo cognomento. Hallucinatus aũt est & hic, vtpote qui ex simplici & vniformi aere & spiritu constare animalia opinatus sit. Non enim vnicũ rerũ esse principiũ potest materia ex qua cuncta substantiã cœperint. Sed efficientem quoq; causam subdere necesse est, quemadmodũ in faciẽdo poculo nõ sat est argentũ nisi efficiẽs quoq; ipsũ adsit, id est vascularius. Similiter atq; in ligno & ære & alia id genus materia. Anaxagoras Clazomenius principia rerũ particulas inter se similes, quas similaritates vocare possumus, arbitratus est. Inexplicatissimũ enĩ ei videbat̃ quonã modo ex eo quod nusq̃ esset, posset quid oriri, aut rursum in id quod nullibi esset, interire quid. Proinde cibũ inquit sumimus simplicem & vniformẽ veluti cereale munus, aquãq; bibimus. Hoc aũt cibo alitur capillus, vena, arteria, nerui, ossa, & cæterę itẽ partes, quę cũ ita sint, necesse habemus fateri in illo inesse cibo quæ vsq; sunt oĩa, ex iis augeri omnia, atq; in huiuscemodi esse alimento ꝓcreaticulas sanguinis partes, neruorumq; item ossiũq;, aliarũq; partiũ quas cogitatione percipere possumus. Qꝫ igit̃ similes iis quę procreant̃ essent in alimento partes, propterea homœomerias, id est similaritates vocauit, quas principia reꝝ esse censuit. Atq; has quidem inter se similes particulas materiã, causam vero efficientem, mentẽ omnia ordinate digerentẽ. Sic aũt exorditur. Vna inquit omnes res erant, mens vero distraxit illas decenterq; cõposuit. Itaq; probandus hic vel eo maxime q materiæ opificem adiunxit. Archelaus Apollodori filius Atheniensis aerem infinitũ & quę circa eũ essent spissitudinẽ ac raritatem. horũ alterũ ignẽ esse, alteꝝ aquã. Hi omnes prędicti deinceps sibi succedentes Ioni-

cã(quę dicit̃)sectã a Thalete impleuere. Rursus ab alteri-
us auspicatu philosophiæ Pythagoras Mnesarchi Sami-
us qui primus philosophiã hoc nomine appellauit, princi
pia rerũ numeros esse censuit, & eorũ symmetrias, id est
accõmodatas proportiones, quas & harmonias, id est cõ
centus cohærentiasq; vocat, ex iisq; composita elementa,
quæ geometrica vocantur. Idem rursus vnitatẽ infinibi-
lemq; binariũ inter principia ponit. Spectant aũt princi-
pia eius, alterũ in efficientem formalẽq; causam quę mẽs
& idem deus, alterũ in patibilẽ materialẽq; qui mundus
est visibilis. Esse autẽ autumat numeri naturã denariũ,
ad decẽ enĩ omnes numerare, tum græcos, tũ barbaros,
ad quæ cũ peruenerint, rursus ad vnitatẽ redire. Cæterũ
denarij vim in quaternario sitã esse. Huius autẽ causam
ex eo intelligi posse. Si quis ab vno profectus, numerali
deinceps adiectione ad quatuor progrediat̃, expleturum
eũ denariũ. Q; si quaternariũ huiusmodi adiectione ex-
cedat, vltra denariũ quoq; excursurũ. Si quis verbi gra-
tia vnũ ponat, & huic duo addat, & deinde tria, & iis de-
niq; quattuor, hactenꝰ denariũ expleuerit. Quapropter
numerus singulatim quidẽ collectus in decem erit, ex ui
autẽ sua spectatus, in quattuor. Vnde Pythagorei quasi
sanctissimũ quaternarius iusiurandũ esset, ita aiebant.
Iuro per omnipotentẽ aĩę qui tetrada nostræ Perpetuos
fontis naturę infudit habentẽ. Nostra inquiũt anima ex
tetrade constat. Siquidem esse mentẽ, scientiã, opinionẽ,
sensum ex quibus ars omnis & scientia, nosq; ipsi ratio-
nis compotes sumus. Mens quidem igit̃ monas est, id est
vnitas, hæc enĩ singulariter spectatur, velut cũ permulti
sint homines, si hi partim id est viritim consyderent̃, sen-
su perspici cõprehendiq; nõ possunt, vtpote infiniti. Ve
rũ hoc ipsum solũ intelligimus hominẽ vnũ, cuius nullus

similis,non secus ac equū vnū solum intelligimus. Qꝫ si partim, id est non vniuersim consyderenť, infiniti sunt. Hæ enī species generaqꝫ omnia singulariter perspiciuntur,ideoqꝫ in vnoquoqꝫ eorū huiusmodi definitionē reddūt. Animal inquiunt rationis particeps,aut animal hinnibile. Proinde mens iccirco monas est qua hoc intelligimus. At dyas,id est binarius,scientia est infinibilis, merito. Omnis enī demōstratio, omnisqꝫ scientiæ fidutia,omnisqꝫ insuper ratiocinatio ex quibusdā cōcessis id qđ cōtrouersum est colligit,facileqꝫ demonstrat, quorū cōprehensio scientia est,propterea fuerit quidē fortasse dyas. Trias vero,id est ternio,opinio est ex perceptione, nec īmerito. quippe multorū est opinio, at ternio multitudo, vt o terqꝫ quaterqꝫ beati. Ideoqꝫ nō admittit Pythagoras ternariū. Heraclitus atqꝫ Hippasus Metapontinus vniuersę naturę principiū ignē dixerūt. Ex igne enī omnia nasci & in ignē omnia desinere, quo extincto,in hāc mūdi formā omnia digesta esse. Nā primū crassissimū qđqꝫ compactibili in se nixu in terræ formā coactū,qua deinde ab igne soluta naturæ vi aquā confectā, deniqꝫ aquæ suffitu aerem procreatū,rursusqꝫ mundū atqꝫ omnia corpora in vniuersi olim cōflagratione solutū iri. Principiū igiť ignis,quandoquidē ex hoc omnia,finis etiānū ignis, quoniā in ipsum intereunt oīa. Epicurus Neoclis filius Atheniensis Democriti philosophando ꝓsecutus principia rerū corpora dixit mēte ꝑcepta,solida,nō creata,sempiterna,quæ nec corrūpi possent,nec contūdi nec informari ex parte, aut quouis modo īmutari,esse autem illa mēte percepta,moueriqꝫ illa in inani,perqꝫ inane, esseqꝫ ipsum inane infinitū, vt corpora quoqꝫ infinita. Cæterū tria iis accidere,formam,magnitudinē,pondus. q̄qꝫ tantum illis dabat magnitudinē & formam. Epicurus nāqꝫ

tertiũ addidit pondus. Necesse enĩ inquit moueri corpora ponderis pulsu, alioqui moueri non posse esse autẽ huiusmodi corporũ, quas atomos vocãt, cõprehẽdibiles formas non infinitas, neq; hamatas esse, nec vncinatas, nec annulatas, nã id genus formas facile contusiles, atomos autem infrangibiles, impatibiles. suas vero habere formas mente pceptibiles. Deniq; atomos, id est indiuidua corpuscula, non quia minutissimæ sint, sed quia indiuisibiles, quippe impatibiles inanisq; expertes. Itaq; qui indiuiduũ dicit continuo infractũ quoq; dicit, impatibile, inanis expers. Empedocles Metaonis Agrigentinus elementa quidẽ quattuor esse dixit, duas vero principales potentias, amicitiã & dissidiũ harum illam esse coniũctiuam, hoc dissociatiuum. Sic enim inquit.

Quattuor in primis cunctarũ semina rerũ, Iuppiter ęthereus, Pluto inferus almaq; Iuno. Nestis quæ lachrymis hominũ riuos alit udis. Iouem autem intelligit feruorem & æthera, Almã vero Iunonem aera, Plutonemq; terrã. Nestim deniq; humanosq; riuos tanq; genituram & aquã. Socrates Sophronisci Atheniensis. Platoq; Aristonis itẽ Atheniensis (eędem enim de vniuerso vtriusq; sententiæ) principia tria posuerũt, deũ, materiam, ideã. Est aũt deus mens. Materia vero quod primũ generationi subiacet & corruptioni. Idea autem substantia sine corpore in diuinis sensis animi visisq; dei, at deus mens mundi. Aristoteles Nichomachi Stagirites principia quidem entelechiam siue speciem id est continuatam quandam motionem & perennẽ, materiã & priuationẽ. elementa aũt quattuor, quintũ vero corpus quoddã ĩmutabile. Zeno Mnassei filius Citiensis principia quidẽ deũ & materiã,

quorũ illũ agendi causam esse, hanc patiendi, elementa aũt quattuor. Horũ aũt secta Italica dicta est, nimirũ propter Pythagorã qui in Italia philosophiã professus est, migrauerat enĩ patria Samo Polycratis tyrannidi infensus.

Quomodo coagmentatus mundus.

MVndus autẽ coagmentatus est circũflexa forma, hoc propemodũ cõfiguratus. Quũ indiuidua corpuscula temerario fortuitoq; motu assidue celeriterq; mouerent̃, corpora in vnum multa glomerata sunt, varia tũ magnitudine, tũ forma. His vnũ in locũ coactis, quęcunq; maiuscula grauiusculaq; erant, penitus subsederunt. Quæ aũt minuta, rotunda, leuia, lubrica, hæc in concursu corporũ elidebant̃, sursumq; versus ferebant̃. Simul ac aũt impulsiua illa vi & subuehente defecta ipsa, nõ iam sublime efferebãt̃, nec deorsum ferri poterant, ad loca appellebant̃ eorũ capacia. Hi aũt erant in ambitu, postea huiusmodi corporũ coagmentũ vndiq; circũflectebat̃, in qua circũflexione complexa inter se corpuscula cœlum procreauere. Eadẽ naturæ vi varia, vt prædictũ est, indiuidua sublime deducta syderales naturas confecere. At multitudine exhalatorũ corporum impulsus aer elisusq; est, qui rursus agitatu in spiritũ versus, rapta secũ versabat sydera, quę eorũ vertigo adhuc sublimis asseruata est. Ex considentibus porro indiuiduis concreta est terra, ex euectis aũt cœlũ, ignis, aer, genita. Residua vero in terra materia multa, eaq; vẽtorũ impulsu stellarũq; auris addensata, quacunq; rarius concreuerat terra, natura humoris expressa est. Quæ fluxa cũ esset, facile cõcaua in loca seq; cõcipere arcereq; nata, delapsa est, aut suapte etiã ipsa sponte subsistens, alueos sibi depressioribus in locis cauauit. Præcipuę igit̃ mũdi partes hunc in modum genitæ sunt.

An vnum vniuersum.

ENimuero stoici vnicum esse mundũ censuerunt, quẽ & vniuersũ esse dixerunt, & quicqd corpore constaret. Empedocles mundum vnũ quidẽ, verũ mundũ non esse vniuersum, esse aũt perparuã naturę vnuersę partẽ, reliquã vero & magnã partẽ vacantẽ esse materiã. At Plato ex tribus, vt videt̃, vnũ esse mundũ cõiicit, & vniuersum vnũ, ꝙ videri cõsummatus nõ possit nisi oĩa cõprehendat, ꝙ nisi vnus sit, exemplaris id est dei similis esse nõ possit. Q₂ deniꝗ si quid extra eũ est, ꝑpetuo incolume esse nequeat. Ad Platonẽ igit̃ responderi potest, mundũ consummatũ nõ esse, nec enĩ oĩa continet, alioqui homo quoꝗ consummatus esset, sed nõ omnia cõtinet. Exemplaria aũt multa esse, quemadmodũ in statuis, ædificiis, picturis. nã quomodo perfectus si quid extra ipsum circũuersari potest, Iam vero immortalis nõ est, nec esse quidẽ potest, quippe qui natiuus sit. Metrodorus absurdũ esse ait in latifundiis vnicã spicam nasci, vnũꝗ in infinito mundũ. Q₂ aũt innumeri sint ex hoc liquere, ꝙ innumerabiles sint eorũ causę. Si enĩ quibusdã suis finibus finitus est mũdus. Causæ aũt infinitę ex quibus cõstat, necesse est infinitos esse, vbi enĩ sunt causę, inibi effectus quoꝗ. atqui causæ, indiuidua aut elementa.

Vnde notionem dei homines habuerunt.

STOici numinis essentiã hoc modo definiunt, ignitũ spiritũ intelligentiæ participẽ, formã nullam habentem, in quã vero cunꝗ velit se vertentem, omniaꝗ assimulantẽ. Habuerunt aũt notionẽ eius a decentia primũ sumptã eorũ quę visunt. Nihil enim pulchri temere nec fortuito fit. Fit autẽ adhibita artẽ quadã concinatrice. Pulchrũ vero esse mundũ ex forma, colore, amplitudine, stellarũꝗ mundũ ambientiũ varietate pa

tet. Globosus etiã, quę in primis forma censet, hęc enĩ suã rũ ipsa partiũ similis est. Rotundus aũt cũ sit, partes etiã num rotundas habet. Propterea inquit Plato, mens quæ in hoĩe augustissima pars est, in capite constituta est. Mũdi quoq; color honestus est, cęruleo enĩ coloratus est, quĩ purpureo fuscior, splendenti qualitate nitet, qua maxime gratia intensissimi vi coloris ĩmensam adeo aeris vastitatẽ perrumpens, ex tanto interuallo cõspicit. Pulcher etiã num mundus ex amplitudine, omniũ enim rerũ ambitus summus & obtentus in suo quisq; genere pulcherrimus est, vt in animante, vt in arbore. Absoluũt & cœli decorem ea quę in eo conspicua sunt. obliquus enĩ circulus variis distinctus est simulacris. in eo cancer est, post quẽ leo, postq; hũc virgo, ab hac chelę id est forcipata brachia scorpionis, post quas scorpius ipse, Sagitarius et capricornus, a capricorno aquari⁹, stellatiq; duo pisces. Adhęc aries & taurus, geminiq;. innumerabilia id genus alia deus idem per cęli cõuexitates sparsit. Vnde inquit Euripides. Stellantẽ cœli splendorem chronõ, honeste distinctũ opus fabri periti, ꝓfecto notitiã dei hinc magnopere cœpimus, ꝑpetuo enim tenore sol, luna, reliquaq; sydera sub terras mersa, vno existunt denuo colore, æqua præterea magnitudine, ex iisdemq; locis eodẽq; prorsus tempore Proinde q̃ nobis cultũ deorũ tradidere, tres omnino ad hoc formas instituerũt. Primam a natura ductã. Secundam a fabulis. Tertiã legum authoritate testatã. Naturalis a philosophis docet. Fabularis a poetis. Legalis ab vnaquaq; ciuitate constitui fere solet. Porro hęc omnis institutio septem in parteis distribuit. Prima ab his quę supã visunt dicit. Dei enĩ notionem ex apparentibus primũ habuere stellis, quũ ab his miræ rerũ congruẽtiæ causas existere videret, veluti ratas diei noctisq; vices, hyemisq; & ęstatis, ortusq; & occasus. Adhęc eoꝝ quę ex terra anĩ

marent, in fruges ue enascerent. Iccirco cœlũ omniũ horũ patrem arbitrati sunt, terrã vero matrẽ. Et aerem quidem ꝑpterea patrem, ꝙ aquarũ lapsus seminis vicem prębeat, terrãq; matrem, ꝙ matris vice has excipiat & deinde pariat. Cæterũ stellas illi cũ viderent perenni cursu irrequietas, solemq; & lunã luminis nobis authores esse, ab eo qđ theasthe id est spectare dicũt, & thin, id est currere, theos (vnde nos deos) appellauerũt. Altero tertioq; loco deos in cõmodos incõmodosq; partiti sunt, & cõmodãtes quidẽ Iunonem, Mercuriũ, Cererẽ. Incõmodantes aũt pœnas vltrices, Furias, Martem, quorũ violenta noxiaq; numina votis redimũt a seq; depellũt. Quarti quintiq; ordinis deos, cum gerendis rebus, tũ vero animi perturbationibus pręfecerunt. His amorem, venerẽ, cupidinem, illis Spem, Iustitiã, ęquitatem. Sextũ sibi locum vendicant fictitia poetarũ nũmina. Hesiodus enim natiuis diis parentem constituere volens, huiusmodi eis genitores induxit. Cœonq; creonq; hyperiona, iapetonq;. Propterea hoc genus deorũ fabulare vocat. Septime, postremeq; notę ac dignationis sunt qui humano more geniti ꝑpter suã in hoĩes beneficentiã diuinos honores metuerũt. Cuiusmodi Hercules, Discoride seu Tindaridæ, Liber pater. Humana aũt specie hos esse deos ꝑpterea perhibẽt, ꝙ oĩm quę sunt numẽ haud dubie prępotentissimũ est. Homo aũt animantium oĩm honestissima est natura, quippe virtute multifariã ornatus in mentis suę cõstitutione, quę pręstantissima pars est. Hac de causa eos ꝗ inter hoĩes optime vitã egerũt, ꝑstabilissima eodẽ modo parte honestatos esse aĩaduerterũt.

Quis deus.

VERVM enimuero nonnulli philosophorum queadmodum Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenensis, Euemerus Tegeates, deos

prorsus nullos esse censuerũt, Euemerus aũt Callimachus Cyrenensis in iambis suis taxat, hũc in modũ scribens. In suburbanũ delubrũ confercti ite, in quo iampridem æreum qui finxit Ioue͂, insolens senex, improba volumina scribat. Hæc pro ea opinione dicta sint quę negat esse deos. Verũ Euripides tragicus hoc quide͂ aperte in medium afferre noluit, videlicet verens areopagi iudicium Significat aũt huncin modũ. Sysiphō enim huius autho re͂ opinionis induxit, huiusmodiq; sente͂tię eius astipulat̃ ipse. Fuit tempus inquit, cum soluta erat mortaliũ vita, et beluina, violentiæq; administra, postea inquit ex lex vita inductis antiquata est legibus. Post vbi inquit manifestaria arcere delicta lex poterat, clam vero delinquebãt multi, tum quidã peritus vir mendaci adorsus oratione veritate͂ restringere, & suadere mortalibus ꝙ deus esset insenescibili perennãs vita, qui hæc & audit & videt, me͂teq; præpollet. Tollamus inquit poetica deliramenta, cō gruenter Callimacho ita dice͂ti. Si deũ nosti, scito quoq; ꝙ factu nil nō deo possibile, atqui deus nō omnia potest. Quandoquide͂ si deus est, faciat inquit atrã niue͂, ignem gelidũ, & quod sedet vt stet, viceq; versa. Proinde Plato ille grandiloquus, quũ inquit, deus affirmauit mundũ ad sui exemplũ ipsi⁹, olet obsoleta (vt inquiũt comici) Arcadũ Cascorũq; nugame͂ta, nam quo pacto deus se intuens ipse mundũ affinxit, aut quomodo globosum, cũ sit etiã ipse breuior homine, Anaxagoras aũt hoc modo inquit, Promiscue ab initio manebant corpora, mens vero diuina digessit ea, omniũq; procurationes cōfecit. Plato nō manentia prima corpora, sed temere huc illuc agitata posuit. Animaduertens inquit, deus ꝙ rerũ compositio inconditæ positioni obstaret, omnia ordine digessit. Horũ igit̃ vterq; pariliter labit̃, vel eo maxime ꝙ deũ res hu

manas ꝓcurare, aut hominū causa mundū construxisse censuerūt. Animal enī cū beatū & senii expers, cū bonorū numeris omnibus cumulatū, omnisq; omnino exors mali, cohęrente quidē illa beatitudine ac perennitate, humanarū proculdubio rerū securus est, alioqui qui miser non sit, si opificis, structorisq; more efferendas onerū moles subeat, architectandiue mundi cura angat? Tametsi deus ille quē perhibent, superiore illo ęuo cū corpora immota erant, aut nō erat oio, aut temere mouebat, aut deniq; somno indulgebat, & rursus insomniæ, aut postremo horū neutri. Primū admitti non potest, quū deus sit ęternus, Nec scd'm. si enim ab ęterno somno indulgebat, mortuus erat, quū mors ęternus sit somnus, Q̃ꝗ somno opprimi deus qui potest? Immortalitas enī qua deus pręditus est, cū eo qđ ꝓxime mortē accedit, multū admodū dissidet. Restat vt vigilarit deus, qđ si est, vel quo deficiebat ad beatitudinē indipiscendā, aut omnibus eā partibus expleuerat. Illo modo beatus esse nō poterat, cū beatitudo nō sit si quid eā deficiat, hoc nihilomagis, frustra enim hoc moliebat̃ si rei nullius indigus erat. Age vero si deus est, huiusq; procuratione administrant̃ humana, quāobrem cū teterrimo quoq; fortuna pręclare agere solet, cōtra cū pręstantissimo quoq; pessime? Ecce tibi Agamemnon regnatorq; bonus simul atq; acerrimus armis, ab adulterio adulteraq; accept⁹, doloq; interemptus est. Huic item cognatione iunctus Hercules, cū de rebus humanis optime meruisset, noxiis plærisq; monstrisq; orbe defœcato, a Deianira venenat⁹ & incautus cōfectus est. Thales mundi mentē deū. Anaximāder cœlestia sydera deos esse. Democritus deū, mentē ignitā, mundi animā. Pythagoras principiorū monada quidē deū, qui bonū, quoq;, quę est vnius natura, mensq; ipsa. Infinibilē autē

dyada,geniũ,qui & malũ, circa quam multitudo versať materialis. Est aũt etiamnũ visibilis mundus,deus. Socrates & Plato vnũ,vnigenitũ, suapte ipsum sponte natũ, singulare,verũ germanũq; bonum. Hęc aũt nomina,omnia in mentem spectant. Mens igiť deus,abiuncta quædam forma.id est nulli omnino materię mixta,nulli patibili rei coalita. Aristoteles summũ quidẽ deũ formã abiunctam,vniuersi sphęrę innitentẽ, ęthereo corpore, qď ab ipso quintũ vocať. hoc aũt in sphęras diuiso natura q̃dem cohęrentes,opinione aũt secretas, vnãquamq; sphęrarũ animã esse existimat,ex anima corporeq; constans corpusq; æthereum esse versatiliter mobile, animã vero ratione immobilẽ, motus causam efficientem. Stoici cõmuniter censent deum ignẽ esse artificem,via procedentem in mundi creatione,vniuersas seminales intra se rationes cõplectentis, per quas omnia e fato fiunt. Spiritũ insuper per vniuersum quidẽ mundum pertinentẽ, appellationes aũt identidem mutantẽ per vniuersæ quã p̃uadit naturæ confinia. Deũ etiam mundum,& stellas & terrã,supremãq; omniũ in ęthere mentem. Epicurus specie humana deos, cogitatione aũt non sensu perspectiles prę exilissima imaginum natura. Idem naturas quatuor alias censet genere quidem incorruptibiles, indiuidua, inane,infinitum,similitudines,hæ autem dicuntur similaritates,& elementa.

De geniis & heroibus.

COnsequenter huic de diis cõmentationi,geniorũ,heroumq;,enarranda natura. Thales,Pythagoras,Plato,Stoici genios aniales esse substãtias,esse etiã heroas abstractas a corporibus animas, bonos quidem, bonas. malos vero prauas. Epicurus nihil non improbat horum.

De materia.

MAteria eſt quod primū generationi corruptio niq; ſubiacet, reliquiſq; mutationibus. Thaletis, Pythagoræq; diſcipuli, Stoiciq; vertibilē, alterabilē, mutabilem fluxamq; omnē omnino materiam dicunt. Democritici impartibilia prima, indiuiduū, inane, & quę corpore carēt. Ariſtoteles et Plato materiam corpoream, informem, ſpecie, figura qualitate vacuam, quantum in ſua ipſius natura ſitum eſt, formarum tamen ſuſceptricem, vt nutricis matriſq; in ſigillis vicem impleat. Cæterum qui aquam dicunt aut terram, aut ignem materiam, iam non informem illam dicunt, ſed corpus, qui autem impartilia, & indiuidua, informem.

De Ideis.

IDea id eſt ſpecies, ſubſtātia eſt vacua corporis, ipſa quidem ex ſe non ſubſiſtens, materias vero informes effigians, cauſaq; earū demonſtratrix. Socrates & Plato Ideas ſeiunctas a materia ſubſtantias exiſtimant, in ſenſis viſiſq; dei, id eſt mentis, ſubſtantes. Ariſtoteles ſpecies quidem & ideas reliquit, ſed neutiq; a materia diſiunctas. Stoici qui a Zenone originem ducunt notiones in animis noſtris anticipatas ideas eſſe dixerunt.

De cauſis.

CAuſa eſt ex qua effectus, vel propter quam cō tingit quid. Plato trifariam cauſam poſuit. Eſt enim, vt ipſe inquit, a qua, ex qua, ad quam, præcipuam autem putat eam ex qua. Hæc autem eſt rerum efficiens, quæ eadem mens, Pythagoras, Ariſtoteles primas quidem cauſas corpore vacantes.

Quę aũt participatu ex accidentiq; causæ sunt, corporeę esse substantię, vt sit mundus corpus. Stoici causas om̃is corporeas, vtpotę spiritus.

De corporibus.

COrpus est quod trifariã diuisibile est, longitudine, latitudine, altitudine, vel concrementũ pulsum sensiliter admittens dumtaxat quantũ e natura sua est, vel quicquid locũ obtinet. Plato quod nec graue natura, nec leue in suo quidem loco sitũ, in alieno aũt statutũ continuo nutũ habet, ex nutuq; momentũ aut ad grauitatẽ aut ad leuitatem. Aristoteles terrã rem prorsus grauissimã esse, vt leuissimã ignẽ, aerem aũt & aquã aliter alibi. Stoici duo q̃dem ex quattuor elemẽtis leuia ignẽ & aerẽ, duo vero grauia, aquã & terrã. Leuia enĩ sunt natura, nõ nutu a proprio ipsorũ medio. Graue est aũt quod in meditulliũ vergit, nõ graue meditulliũ. Epicurus incõprehẽsa corpora, et prima quidẽ simplicia. Quę aũt ex iis cõcreta, oĩa pondus habere. Indiuiduorũ autem partim ad lineam moueri, partim obliquate, nonnulla sursum versus pulsu concussuq; ferri.

De minimis corpusculis.

EMpedocles ante quattuor elementa, fragmenta minutissima introduxit, tanq̃ elementorũ elemẽta, similaria, rotunda Heraclitus ramenta quædam minima & impartilia.

De formis.

FOrma superficies & circumscriptio, lineamentũq; corporis. Pythagorici globosa elementorum quatuor corpora autumant, ignem autem supremum, turbinatum.

De coloribus.

COlor est corporis qualitas visibilis. Pythagorici colorem vocabant superficiem corporis. Empedocles quod meatibus visus cõgrueret. Plato flammã ex corporibus prodeuntem, accommodatas visui particulas habẽtem. Zeno stoicus colores, primas materiæ configurationes. Pythagorei genera colorum, album, nigrũ, rubens, luteũ. Differentias aũt colorũ, albũ, & nigrum, rubens, ac luteum. Has aũt fieri mixtionibus quibusdam elementorũ, easdemq́ꝫ in animantibus propter locorũ cœlorumq́ꝫ varietates accidere.

De sectione corporum.

QVi Thaletis Pythagoręq́ꝫ vestigiis institerunt partibilia corpora in infinitũ sectilia dicũt, alii indiuidua impartiliaq́ꝫ huiuscemodi esse negãt nec ad infinitũ sectionẽ ꝓcedere. Aristoteles potentia quidẽ in infinitũ, actu aũt nequaq̃.

De mixtione & temperatura.

VEtustissimi elementorũ mixturas alteratione fieri dicũt. Anaxagoras. Democritusq́ꝫ appositione. Empedocles ex minimis conpagunculis elementa componit, quæ minutissima quędam sunt & tanq̃ elementorũ elementa. Plato tria quidẽ corpora (negat enim illa aut iusta esse, aut proprie vocari elementa) ignem, aerem, aquam, inter se vertibilia. Terrã autem in eorum nullum immutari.

De Inani.

QVi a Thalete ad Platonem vsq́ꝫ de philosophia scripsere, inane omnes non agnouerũt. Vnde Empedocles, aut vacat aut vacuũ est nihil omni prorsus in orbe. Leucippus, Demetrius, Mẽtrodotus, Epicurus, indiuidua quidẽ multitudine infinita, inane autem magnitudinẽ infinitum

Stoici intra mundũ vacui nihil esse, extra mundũ vero immensum. Aristoteles tantũ esse vacui extra mundũ vt respirare cœlum possit, vtiq; quod sit igneum.

De loco.

PLato locum definit, id quod formas assumere natum est, translatione quadam materiam dicens tanq; nutricẽ & susceptricem. Aristoteles extremum continentis cum contento cõmittens.

De Loculamento seu Conceptaculo.

STroici & Epicurus differre inane, locũ, loculamentum. Inane enim vacuitatem esse corporis. Locum autẽ quod obtinetur a corpore. Loculamentũ vero quod ex parte obtinetur, vt in vini vegete.

De Tempore.

PYthagoras tempus sphæram extremi ambientis esse. Plato æui effigiem, mobilem, vel mundanæ motionis intercapedinẽ. Eratosthenes solis iter.

De essentia temporis.

PLato essentiam temporis cœli motum. Stoicorũ pleriq; motionem ipsam. Philosophi fere ingenitum esse mundum. Plato genitum quatenus ad deprehensionis nostræ captum pertinet.

De Motu.

PYthagoras, Plato, motũ differentiam esse quandam, aut alteratione in materia. Aristoteles mobilis perpetem actum. Democritus genus vnũ motionis agnoscitat, quod in obliquum vergit. Epicurus motus genera duo, quod ad lineã, & quod per influxum. Herophilus motionum vnam quidem mente perceptibilem, alteram vero sensu. Heraclitus quietem

ac consistentiã ex vniuersis naturis tollebat, vt quæ mortuorum essent. Motum vero dabat, æternum quidem æternis, interiturum aũt interituris.

De ortu & interitu.

PArmenides, Melissus, Zeno, generationẽ corruptionemq; propterea sustulerunt q vniuersum immobile arbitrarentur. Empedocles, Epicurus, omnesq; quotquot ex minutilorum congerie corporum cõstruxere mundum, concretiones quidem & dissipationes introducunt, ortus autem & interitus non proprie. non enim ex qualitate per alterationem, verum ex quantitate per congeriem fieri. Pythagoras omnesq; quotquot patibilem materiam ponunt, creationes proprie internitionesq; fieri, quippe quæ alteratione elementorum conuersioneq; & solutionę fiant.

De Necessitate.

THales, validissimum quiddam necessitas, quippe quæ naturę præualeat vniuersæ. Pythagoras mundum necessitate circundatum inquit. Parmenides ac Democritus omnia e necessitatis præscripto fieri. Hanc autem eandem atq; fatum esse iustitiam, præterea & prouidentiam & mundi architectricem.

De essentia necessitatis.

PLato euentorum partim prouidentiæ ascribit, partim necessitati. Empedocles necessitatis essentiam causam principiis elementisq; vtendis aptam. Democritus rerum dissidentiam, internitionem, & materiæ pulsum. Plato tum materiam, tum agentis ad materiam habitum.

De. Fato.

HEraclitus oĩa ex fati præſcripto euadere. Hãc aũt eandem ac neceſſitatem eſſe. Plato fatum quidem admittit in humanis animis, degenda q́ꝫ hominũ vita. Sed adhibet & cauſam a nobis proficiſcentem. Stoicis cũ Platone conuenit. Et neceſſitatem quidem fixam cauſam dicũt & violentam. Fatũ aũt ratam ſtatamq́ꝫ cauſarũ complexionẽ, in qua ipſa complexione adnexam eã quoq́ꝫ cauſam quæ a nobis proficiſcit, vt ſint quædam fata, quædam vero reſata.

De ſubſtantia Fati.

HEraclitus ſubſtantiam fati mentẽ per vniuerſę eſſentiam naturæ pertinentẽ. Eam aũt eſſe æthereum corpus, ſemen procreationis vniuerſi. Plato ſempiternã rationẽ, legẽq́ꝫ ęternã vniuerſalis naturæ. Chryſippus potentiam ſpiritalem, certa quadam ratione vniuerſi conſtitutricem. Et rurſus in definitionibus. Fatũ eſt inquit mundi ratio, vel lex eorum quæ in mundo prouidentia cõſtituunt, aut ratio, ad quã rationẽ omnia quæ fuere facta ſunt, quæq́ꝫ ſunt fiunt, fientq́ꝫ quę futura ſunt. Stoici cauſarum ſeriem hoc eſt ordinem & veluti ductum reſtis intranſgreſſilem. Poſſidonius fatũ ſecundum Iouem tertiũ. Primum enim eſſe Iouem, ſecundum naturam, tertium fatum.

De fortuna.

PLato fortunã cauſam in propoſitis conſtitutiſq́ꝫ per accidentiã & conſecutionẽ. Ariſtoteles cauſam per accidens in iis quæ ex animi appetentia propter quid fiunt. Obſcuram illam quidem & inſtabilem. Differre aũt a fortuna ſpontaneũ temerariũq́ꝫ caſum. quod eñ a fortuna, idem a temeritate quoq́ꝫ fieri, hocq́ꝫ gerendis in rebus eſſe. Quod aũt temerariũ

ſpontinumq́ ſit non continuo idem a fortuna fieri, idq́ citra omnem rerum adminiſtrationem vſuuenire. Porro fortunam, rationalium eſſe, ſuæ autem ſpontis caſum, tum rationalium, tum rationis expertium animantiũ, tum inanimantorũ corporũ. Epicurus cauſam non ſibi conſtantem perſonis, temporibus, modis. Anaxagoras & Stoici indeprehenſam humano captui cauſam. Siquidem euentorũ quædam e neceſſitate, quędã e fato, quędam ex libero & conſtituto, quædam e fortuna, nonnulla e ſuæ ſpontis caſu.

De natura.

EMpedocles naturam quidem nihil eſſe, mixturam vero elementorum & diſcriminationem. Sic enim ſcribit in primo naturali.

Dixero præterea naturę nullus inorbe
Eſt locus, & fictum lethi exitiabile nomem.
Sed modo miſceri, rurſus quoq́ mixta retexi
Cuncta ferunt, homines ſed apud natura vacatur.

Anaxagoras ſimiliter naturam concretionem diſſipationemq́, id eſt generationem & interitũ.

PLVTARCHI CHERONENSIS BREVIARII DE DECRETIS NATVRALIBVS PHILOSOPHORVM QVE PLACITIS LIBER SECVNDVS.

ABSOLVTA igit̃ principiorũ elemẽtorũq; enarratione, necnõ eorũ quæ eiuſdem cũ eis ordinis ſunt, flectendus

protinus ad eam stilus quę de effectis disserit. Ab eo autem quod oĩm capacissimũ est potissimũ auspicabimur.

De mundo.

PYthagoras primus vniuersorum complexionem, mundum vocauit, ob eam nimirum, quę in eo visitur, elegantem rerũ digestionem. Thales Thaletisq; studiosi mundum vnum esse censuerunt. Democritus, Epicurus, eorũq; discipulus Metrodorus, innumerabiles in infinito mundus per omnẽ eius complexũ in immensum expatiantẽ. Empedocles circinationem solis circũscriptionem esse mundi, hoc ẽ eius circumferens lineamentum. Seleucus infinibilem mundum. Diogenes vniuersum infinibile, mundũ vero finitum. Stoici omne quicquid est ab vniuerso differre. omne enim esse infinitũ cum inani, vniuersum autem absq; inani, mundũ proinde vnum, & idem esse vniuersum ac mundum.

De forma mundi.

SToici globosum mundum, alii turbinatum, nonnulli ouatum. Epicurus posse quosdam globos esse mundos, posse etiam alios aliam sortiri formã.

Animãs ne mundus.

CAeteri quidem omnes animantem mundũ, & prouidentia administratũ. Democritus vero, Epicurus, & qui indiuidua cunq; inducũt & inane nec animatum nec prouidentia administratum, sed natura quadam rationis exorte. Aristoteles nec vsq; quaq; animantem esse, nec sensibilem, nec rationis compotem nec intellectus. Deniq; ne prouidentia quidem regi. Cœlestia enim horum om-

niũ participia esse, vt quę a suis ipa sphęris ambiant ani matis, & spirabilibus, terræ autem obuersantia nullius non eorum expertia, & si decentis participantia cõpositionis, duntaxat accidentariæ non etiã primigeniæ.

An corruptionis immunis sit mundus.

PYthagoras & stoici genitũ a deo mũdũ, & corruptioni obiectũ, suæ quidem naturę respectu vtpote qui sensibilis sit propter corpulẽtiã, nec ideo tamen interiturũ. diuina enim eũ continente natura perennaturũ. Epicurus interiturũ. Quippe genitũ vt animal, vt stirpẽ. Xenophanes ingenitũ, sempiternũ, corruptionis immunem. Aristoteles sublunarem mundi partem patibilẽ, vtpote in qua terræ proxima ntia marcescant.

Vnde alatur mundus.

ARistoteles, si alitur inquit mundus, interibit quoq;. Atqui nulla prorsus indiget alimonia, sempiternus igitur. Plato ipsũ sibi mundũ ex tabescentibus alimoniã per alterationem suggerere. Philolaus bifariam corruptionem, tum ex cœlo ignis defluxu, tũ ex aqua, lunari vertigine ex aere effusa. Horũ enim suffimenta mundi esse alimoniam.

A quo elemento adorsus fabricam mundi deus.

PHysici a terra mundi creationem deum rentur auspicatum, videlicet tanq; a centro, nam globi principiũ centrũ. Pythagoras ab igne quintoq; elemento, Empedocles aerem primum discriminatum, deinde ignem, post quem terram, ex qua versatili cęli impetu astricta aquã excaturiisse, ex hacq; rursus vaporatum aerem. Et factum quidem cœlũ ex æthere, solem autem ex igne, tęrræ autem proxima ex

aliis coagulata. Plato visibilem mundum ad exemplũ intellectilis mundi factum. visilis autẽ mundi priorem quidem animam factam, posterius vero corpulentum, huiusq; quod ex igne terraq; cõstat prius, deinde quod ex aere & aqua. Pythagoras quinq; cum sint solidæ figuræ quæ mathematicæ dicuntur, ex quadrantali terram factam, ex meta ignem ex octaedro id est octonorum sessuum corpore aerem. ex icosaedro vero id est vicenorũ, aquã. ex dodecaedro vero, id est duodenos in situs sessili, vniuersi globum. Plato in omnibus his pythagorissat.

De mundi structura.

PArmenides tanq; coronas inter se complexas, ex denso raroq; deinceps alterantes, inuicemq; ex lumine & caligine intersitis mixtas, eorum vero supremum ambitum muri instar solidũ. Leucippus, Democritus, tunicã mundo membranãq; obducunt. Epicurus quorundam mundorum ambitũ, rarum, quorundam spissum, eorumq; quosdam cieri, quosdam immotos esse. Plato ignem primũ confectũ, deinde æthera, post quem aera, ab hocq; aquam, nouissimamq; omnium terram. Horum vero cœlestibus quidem orbicularem motionem tribuit, infra eos autem locatis, leuibus quidem sursum versum, grauibus vero deorsum. Empedocles nec vsq;quaq; manentia, nec stata elementorum loca, sed omnia vicissim alterius alterum capescere locũ.

Quam ob causam cernuus mundus.

DIogenes, Anaxagoras post mũdi absolutam compagem animaliaq; e terra educta, inclinatum quodãmodo suapte sponte mundum in

austrinã sui partem, fortasse hoc agente prouidentia, vt partim habitabilis, partim inhabitabilis esset pro rigore æstuue eorumq; temperatione per has atq; illas mũdi partis euariantibus. Empedocles aere impetui solari cedente emotas vrsas, sicq; aquilonaris erectas esse partes, cõtraq; austrinas iisse pessum, ex quo & vniuersum mundum.

De extrariis mundi partibus & nuncubi vacuum.

PYthagorei extra mundum esse vacuum, quo & vnde mũdus respirat. Stoici quo in conflagratione vniuersi infinitum resoluetur. Posidonius non infinitum sed quantum ad dissolutionem sat est. In primo de inani Aristoteles vacuum esse dixit. Plato nec extra mundum nec intra, vacuum esse censuit.

Quæ mundi dexteræ, quæ lęuæ partes.

PYthagoras, Plato, Aristoteles, dextera mundi orientales dixere partis, a quibus initium motus, Lęua autem occiduas. Empedocles dexteras mundi partes solstitialis, sinistrasq; brumalis.

De cœlo & quæ eius substantia.

ANaximenes circunferentiam cœli extimam, terream. Empedocles solidum esse cœlum, ex aereq; constans, in crystalli duritiam ab igne compacto, igneã aereamq; immensitatem in vtroq; hemisphęrio cõtinens. Aristoteles ex quinto cor

pore, vel ex igne vel ex caloris rigorisq; mixtura.

De cœli sectione, & in quot secetur circulos.

THales, Pythagoras, Pythagorei, vniuersum globum quinq; in circulos distributum esse, quas zonas, id est cingula vocant. Appellatur autem eorũ vnus arcticus, id est vrsinus & semper sublimis. Alius solstitialis. Alius æquidialis. Alius brumalis. postremus antarcticus, id est vrsino obuersus, idemq; abstrusus. At qui obliquus, signiferq; dictus est, tribus mediis subditus est, perq; eos transuersus attigue fertur. Hos autem omnis ab vrsis & aquilone demetitur meridianus ad angulos iustos in oppositã e regione partem. Signiferi vero obliquationem Pythagoras primus animaduertisse fertur, tametsi hoc inuentum Oenopides Chius veluti ꝓprium sibi ipse asserit.

Quæ syderum substantia & quomo do composita sint.

THales glebulenta quidem sed ignita sydera. Empedocles ignea, ex igne constantia, quem æther in se conceptum in prima elisit elementorum discriminatione. Anaxagoras circundatum ætherem, igneũ quidem suapte essentia esse, suę autem impetu vertiginis saxa a terra raptantem, suo ipsum igne in stellas succendisse. Diogenes pumicosa sydera, mundiq; spiracula putat. Idemq; rursus inuisibiles lapides sæpenumero cœlo deciduos in terra restingui perhibet, haud secus atq; olim in Aegos flumen saxeã stellã igni simillime dilapsam. Empedocles inerrantes stellas crystallo adnexas esse, errãtes aũt so-

lutas. Plato maxima ex parte igneas, participātes vero aliorum quoq; elemētorum ad glutinis instar. Xenophanes ex nubibus ignitis concretas, extinctas autem interdiu, noctu carbonum modo recandescere. Exortusq; & occasus solis earum esse accensus restinctusq;. Heraclitus & Pythagorei vnamquāq; stellam mundū esse, terram suā ambientem, aerēq; adeo & ætherem in infinito æthere. Huiusmodi decreta in orphicis esse perhibentur, singulos enim mundos in singulas architectantur stellas. Epicurus nihil horum refellit, contingētibus adhærens.

De formis stellarum.

STOICI globosas stellas quemadmodū & mundum, solem, & lunam. Cleantes turbinales, Anaximenes clauorum in modum crystallaceo quodam suffixas. Sunt qui bratteas esse ignitas putent tanq; picturamenta.

De ordine & situ stellarum.

XEnocrates vna eademq; in superficie stellas moueri putat. cæteri Stoicorū varia inter se humilitate & sublimitate. Democrit⁹ statas, summas, de quibus erraticas, infraq; has solem, luciferum, lunam. Plato post hærentium situm, Primū phænunta qui dicitur saturni. Secundū phaetunta, qui Iouis. Tertiū piroenta, qui martis. Quartū luciferum, qui Veneris. Quintum stilbonta, qui mercurii. Solem deniq; sextum. Et septimam lunā. Mathematicorum quidam Platoni assentiuntur, quidam medium omniū solem. Anaximander, Metrodorus, Chius, Crates, solem omnium supremū constitutum, post quem lunam, infra hos errantes inerrantesq;.

De ſtellarum vectatione & motu.

XEnophanes ſtellas quæ in nauigiorũ ſummitatibus viſuntur nubeculas eſſe ad motũ neſcio quem præterfluentes. Motrodorus emicantes ex oculis ſulgetras cũ pauidi pculſiq; cernũt.

De ſignificatione ſyderum, ſiue vt nonnulli aſſignatione, & quomodo hyems & æſtas fiant.

PLato ſignificationes (ita vocãt aeris inſignes mutationes) æſtiuaſq; & hybernas ſubſtellarum ortus occaſuſq; fieri. Solis, lunæ, reliquarũq; tum errantium tum hærentiũ. Anaximenes propter lunam nihil, ſed propter ſolem modo. Eudoxus, Aratus propter cunctas cõmuniter ſtellas. Hoc enim in his verſibus inquit.

Namq; hæc ſigna deus per cœlum ſplendida fixit
Sydera diſtinguens, totum prouidit in annum,
Tempore quæq; ſuo rerum ſtellantia ſigna.

De ſubſtantia ſolis.

ANaximander orbem eſſe dixit octo & viginti partibus terra maiorem, abſidem curriculi rotæ ſimilem habentem, cauam, ignis plenã. Huius quadam ex patre effulgere ignem, ſimiliter atq; per tibię foramen ad nos emiſſum, quem eſſe ſolem. Xenaphanes ex ignicolis ſolem coagmentatũ ex humidis vaporibus collectis, aut nubẽ vſtulantem. Stoici ignitũ quod intelligentiæ particeps ex mari exiſtens & permulto igne compactum. Anaxagoras, Democritus, Metrodorus, globum ferri candentem, aut ſaxum ignitum. Ariſtoteles globum ex quinto corpore coactum. Phiolaus Pythagore ſolem vitri modo perlucentem, accipere ab igne cœleſti ſplendorem, acceptumq; ad nos tranſmittere, & tanq; percolare, adeo cœleſtem ignem ſoli aſſimi

lem esse, ex quo prodire solẽ & simile quid speculi, tertiã
q̃ inde a speculo lucem ad nos per reflexionem dissipari
Hanc enim nos solem vocare, quasi imaginis imaginẽ.
Empedocles soles duos, horũ vnum quidem ignẽ primarium, & (vt ita dicam) exemplarem, e regione semper reflexi simulacri sui constitutũ. Hũc aũt solem qui visitur repercussum simulacrũ esse eius qui in altero est hemisphęrio, aere ignito illo quidẽ pleno, ab orbiculata vero illud terra in solem crystallinum repercussum, vnaq; cum ignei illius motu raptum, ad summam effulgentiam esse ignis terrã ambientis. Epicurus glebulentũ spissamentum, pumicosum, exesos intra meatus ignitum.

De magnitudine solis.

ANaximander solem quidem terrę ęqualẽ, circulũ vero quo vectaĩ, & vnde spiraculũ habet, septies & vicies terra maiorẽ. Anaxagoras multis partibus Pelopõneso maiorem. Heraclitus latitudine pedali. Epicurus omnia prędicta ꝓbabilia esse dixit, aut etiam tantum esse quantulus apparet, maiusculum, minusculum.

De forma solis.

ANaximenes dilatatilem ad modũ lamę solum. Heraclitus scaphæ modo leuiter pandũ. Stoici conglobatũ, vt mundũ, vt sydera. Epicurus prędicta omnia defendi posse.

De solstitio & bruma.

ANaximenes cõcretiore aere & magis magisq; retinente relidi sydera. Anaxagoras aquilonalis aeris oblisu quem sol ipse protrudens spissiorẽ sensim obnixiorẽq; facit. Empedocles solẽ a sphęrico vectabulo suo arceri reflectiq;, nec non a cir

culis solstitiali brumaliq́;. Diogenes solem, cũ ad tropicos peruenerit, occursante æstui rigore extingui. Stoici solẽ subiecti sibi alimenti percurrere tractũ, nec vltra progredi, esse aũt oceanũ terramue, cuius expirationibus pascitur. Plato, Pythagoras, Aristoteles, ꝓpter obliquitatẽ signiferi hoc existimant fieri, per quẽ sol transuersus fertur, nec non tropicis latera solis vtrinq; cingentibus. Hæc autẽ omnia facile in sphæra cernuntur.

De deliquio solis.

THales primus solem deficere dixit, luna eũ ad perpendiculũ subeunte, vt quæ terrosa natura sit. hoc autem speculariter cerni subdito disco. Anaximãder obstructo solaris in abside spiraculo. Heraclitus solem scaphæ similẽ esse, quo inuerso defectum fieri, vt cauũ sursum versus euadat, conuexũ vero deorsũ, ad cõspectũq; nostrũ vergat. Xenophanes solẽ extingui, iterũq; ad orientem alterum fieri. Hic etiamnum menstruam solis defectionem prodidit, atq; absolutam defectionem, vt noctis dies speciem præbeat. Sunt qui agglomeratas sub sole nubes nostrum fallentes conspectũ, solis aspectum nobis adimere putent. Aristarchus solem hærentibus stellis annumerat, terram vero circũ solis orbem versat, itaq; eius inclinationibus obumbrari solem voluit. Xenophanes cõpluris esse soles lunasq; per alios atq; alios terrarũ tractus segmentaq; & zonas. Quodam igitur tempore incidere solem in aliquod terræ segmentum hominibus incultũ, sicq; tanq; per inane errabundum deliquium pati solem. Idem solem in infinitum progredi dixit. videri vero orbiculariter ferri præ immensa capedine.

De substantia lunæ.

ANaximander circulum esse decem & nouē partibus terra maiorem, igne veluti solis quoq; circulum plenum. Sic deficere lunā rotæ conuersionibus, similem enim esse vehiculari rotę absidem cauam habenti. Hanc aūt ignis plenam vno tantum spiraculo. Xenophanes nubem esse constipatā. Stoici temperamentum ex igne aereq;, Plato bona ex parte igne constare. Anxagoras, Democritus ignitum conglobamentum campestria in se collis cōuallisq; complectens Heraclitus terram nebula obuolutā. Pythagoras quoq; ignitum lunæ corpus.

De magnitudina lunæ.

STOici maiorem terra arbitrantur, quemadmodū & solem. Parmenides soli æquam, a quo illuminari ipsam.

De forma lunæ

STOici comglobatam esse, sicuti & solem. Empedocles disci similem. Heraclitus scaphæ. nonnulli cylindri. Configurari aūt eam in septem modos, cum enim edit̄ lunatam apparrre, id est corniculantem, deinde diuiduam, inde conuexam vtrinq;, postea plenam. Abhinc vero cessim iam euntem, deinceps vtrinq; conuexā, diuiduā, lunatam fieri. postremoq; sub nouilunium intermestrē latere. Configurari aūt hoc modo aiunt obumbrante eā vbiq; terra, tum quadrantenus, tum vero vsq;quaq;, vtiq; subeuntem a regione concauitatis terræ.

De illuminatione lunæ.

ANaximander peculiare ipsam lumen habere et si rariusculum. Antiphon proprio lunam fulgore splendere. verū solis ingruentibus radiis obrutum id hebescere. Quippe ita natura comparato languidum ignem a preualido hebetari, quod ęque

in aliis vsuuenire stellis. Thales,quiqꝫ ab eo denominati lunā a sole illustrari autumant. Heraclitus solem atqꝫ lunā eodem modo affici,ambas enim stellas in scapham cō figuratas esse. Illustrari aūt ipsas sorbēdis spiraminibus humidis vt conspicuę sint,solem quidem splendidius, vt qui in aere liquidiore vectetur,at lunam turbidiore, ex quo & fusciorē esse.

De deliquio lunæ.

ANaximenes absidis ore obturato fieri autumat. Berosus restincta eius parte ad nos conuersa. Heraclitus scaphæ conuexitate inuersa. Pythagoreorū quidā luminis repercussum ob structūqꝫ posuere, illū ab hac nostra terra, hunc ab antipodum fieri. Recentiores flammæ suffectu sensim inardescentes quoad statis temporibus pleniluniū absoluat, vicissimqꝫ ad interluniū vsqꝫ tabescētia, sub quo prorsus extingui. Plato,Aristoteles,Stoici,Mathematici consentiunt,menstruas occultationes cū sole coeuntē lunā,eiusqꝫ splendore obrutā præstrictāqꝫ facere. Defectiones vero in vmbram terræ incurrente luna fieri, terraqꝫ inter vtrumqꝫ sydus obiectu,aut luna potius obsepta.

Quam prębeat speciē luna,& cur terrea videatur.

PYthagorei glebaceā ꝓpterea videri lunā, ꝙ habitetur quomodo & hęc terra nostra. Sed & pręgrandibus animātibus & plantis amœnioribus,esse eñ decies & quinquies viribus illashis pręstantiores,nihil excrementitiū emittentes,diem pręterea totidē partibus longiorem. Anaxagoras inæqualitatē coagmenti ex rigido glebulentoqꝫ pro parte concreti, ignē enim & caliginem admixta, indeqꝫ lunā adulterinę lucis stellam dictā. Stoici propterea nō esse insolutile eius concrementū,ꝙ multiplici substantia constet.

De intercapedine lunæ qua a sole distat.

EMpedocles lunã duplex q̃ a terra, a sole interuallũ abesse. Mathematici vndeuiginti partes a sole abesse lunã quantũ a terra ipsam. Eratosthenes lunã a terra abesse septingenta & octoginta stadiorum milia.

De anno vertente, & quantus vniuscuiusq; errantium magnus sit annus.

ANnus est. Saturni quidẽ annorũ ambitus vertentiũ triginta. Iouis aũt duodecim. Martis duorũ. Solis duodeni mẽses, totidem Mercurii & Veneris. pariles enim eorũ cursus. Lunæ dies triginta. Hic eñ perfectis mensis ab luna ad intermenstruã. Cęterũ quidã annũ octenniũ esse existimauerunt, nõnulli annos vndeuicenos, sunt q vndesexagenos. Heraclitus ex duodeuicenis annorũ milibus cõstare putat; Diogenes ex trecenis quinquagenisquinis supra Heracliti annũ. Alii ex septenis milibus tricenis septuagenis septenis.

DE PLACITIS PHILOSOPHORVM NATVRALIBVS. LIBER TERTIVS INTERPRETE GVILIELMO BVDEO.

CIrcunscripta in compendiũ in superioribus libris cœlestiũ explicatione, quorũ ipsorũ & sequentiũ luna confiniũ est, cõuertar ĩ hoc demũ tertio ad ea q̃ metheora idest sublimia subluniariaue dicunt. Ea aũt sunt quę a circulo lunę ad sitũ vsq; terrę ptinent, quã in sphærę comprehensione centri vicẽ obtinere putant. Hinc aũt exordiar.

De lacteo circulo

CIrculus est nubeculaceus in aere quidẽ assidue visitatus. Appellat aũt lacteus propter candicãtiam. Pythagoreorũ quidã stellę esse efflagrantiã a sua sede deciduę. Hanc aũt qua peruolitauit tractũ circulariter perussisse quo tempore aurigante Phaetonte cœlũ conflagrasse dicit. Quidã solem iã inde ab initio illac iter fecisse. Sũt qui speculare esse visum putent, sole fulgures in cœlũ referiẽte. Quod & in arcu cœlesti & in nubibꝰ cõtingit. Metrodorus solis transmeatu fieri, esse em̃ hũc solarẽ circulũ. Parmenides spissi rariq; mixturã lacteũ reddere colorem. Anaxagoras terrę vmbrã hac cœli parte cõsistere, cũ sol terras subiẽs cœlũ vsq; quaq; illustrare nõ potest. Democritus stellarũ collucentiam, multarũ, paruarũ, contiguarũq; inter se collustrantiũ propter adstipationẽ. Aristoteles aridæ exhalationis flammigrantiã permultæ & continuę. Quo eodẽ modo crinitũ ignem fieri id est cometen. Hęc enim ambo sub æthera infraq; errantes fiunt. Possidonius ignis coagmẽtationẽ sydere quidẽ rariorẽ, splendore vero densiorem.

De crinitis & emicātibus, & trabibus & aliis id genus.

PYthagoreorū quidā crinitam dixerūt stellam esse ex earū numero, quæ in cœlo comparent neu tiq̄ assidue, sed quæ statis tēporibus ambitu certo peracto exoriri denuo solēt. Alii obtutus nostri repcussum ad solē, specularibus simillime speciebus. Anaxagoras, Democritusq̄ duarū aut pluriū stellarꝫ coitū inuicem se illustrantiū. Aristoteles ignitā siccæ exhalationis concretionē. Strato syderis lumen densa nube obtentū, quo modo & in facibus fit. Heraclites Pōticus prę altā nubem putat ab lumine supero illustratam. Hic causam affert pogoniæ id est barbatę areæq̄ & trabis & columnę & huiusmodi, quo modo sane & omnes peripatetici. hæc enī ꝓpter nubis configurationes fieri. Epigenes spiritū terreni quid habentē sublime ferri, inibiq̄ ignescere. Boethus liquatū aerem huiusmodi speciē prębere. Diogenes crinitas stellas reuera esse. Anaxagoras micātes quæ dicunť ab æthere scintillarum instar delabi, ideo q̄ continuo extingui. Metrodorus solē violentius in nubes ingerentē scintillare. Xenophanes hoc genus omnia ignitarū glomeramenta nubiū aut vibramenta esse.

De tonitribus, fulguribus, fulminibus, turbinibus & vorticibus.

ANaximander a flatu hæc fieri oīa, Quū enim obducta nube crassa violentius enixus, naturæ subtilitate atq̄ leuitate erūpit, ruptura quidem sonitū, distractio vero effulgētiā propter nigricantiā nubis efficit. Metrodorus quū in nubem spissitudine concretā adigiť flatus, fractura quidem fragorē efficit, hiatu vero scissuraq̄ diffulget. Q̄ꝫ si pernici impetu a sole feruorem rapuerit, fulmen intorquet, languidū vero fulmen in turbinem vertit. Anaxagoras cū æstus in ri-

gorē impegerit, id est ætherea pars in aerē, sonitu quidē tonitrū, nigricantis aūt nubis colore fulgetrā efficit. Porro idem multitudine magnitudineq; luminis colligit fulmen, corpulentiore vero igne conficit vorticem, vt nubilo turbinem. Stoici tonitru nubiū collisionē, fulgur accēsionem ex earū attritu, fulmē vegetiorem effulgentiā, vt turbinē languidiorē. Aristoteles ex arida etiamnū vaporatione hęc fieri, quę ipsa cū in vuidā incidit, exitūq; eluctata est, attritu quidem atq; effractura tonitrui fragorē edit, aridi aūt calefactiōe fulgetrū, turbines vero ac vortices materiæ redūdātia, quā vterq; secū arripit, feruidiorem quidem turbo, crassiorem vero vortex.

De nubibus, pluuiis, niuibus, grandinibus.

ANaximander nubes quidē fieri crassescente ꝙ maxime aere, vel potius eo coacto imbres exprimi, niuem aūt cū aqua delapsando glaciatᷣ, grandinē vero cum quid madido spiritui obducitur. Metrodorus aquoso vaporis subductu concrescere nubes. Epicurus ab expirationibus, conuolui aūt grandinē ac pluuiam longo præcipitio compactibilem.

De arcu cœlesti.

AFfectionū quę sublime fiunt, partim per substātiam fiunt, vt imber, vt grando. partim per speciē, nullā suā habentes substantiam, vt ecce tibi nauigantibus nobis continens cieri videtᷣ. Per huiusmodi nimirū speciem existit arcus cœlestis. Plato a Thaumante genus eū ducere mortales rei miraculo adductos finxisse, adludēte videlicet ad nominis originē fabula. Vnde Homerus, Purpureā veluti mortalibus explicat irim. Quocirca fabulanᷣ quidam taurino illū capite sorbere flumina. At vero quonā modo fiat quæritur. Videre igiᷣ nos cōstat ꝑ lineas aut rectas aut fluxas, aut

deniqꝫ refractas, lineas inquã incertas cogitatione perspectiles, & corporis expertes. Ac ꝑ rectas quidẽ ea quæ in aere sunt videmus, aut quę poſt gemmas perlucentis, aut cornu ꝑſpicuũ. Hęc eñ ſubtiliſſima natura conſtat, flecti aũt lineas in aqua cernimus, flectit̃ eñ viſus ꝓpter aquæ materiã denſiorẽ, quę cauſa eſt cur in mari flexos procul remos videam⁹. Tertio modo refracta videmus, cuiuſmodi ſpecularia ſunt. Huius generis cœleſtis arcus affectio. Siquidẽ animaduertere oportet, vuidã exhalationẽ in nubem verti, ſubindeqꝫ in exiguas ſenſim ſtirias rorantes proinde in occiduales vergente ſole partes, neceſſe eſt arcũ totũ ex aduerſo ſoli viſitari, quandoquidẽ viſus ſtiriis offenſis refringit̃, ex quo fit arcus. Sunt aũt ſtillæ nõ figuræ forma, ſed coloris, eſtqꝫ primus eius color rutilus, ſecundus purpuriſſeus ac purpureus, cęruleuſqꝫ tertius ac viridis. Videamus igit̃ ne rutilus ꝓpterea ſit ꝙ claritas ſolis ingruens, ſimulqꝫ ſyncęrus ſolis ſplendor refractus, rubentẽ efficiant puniceũqꝫ colorem. Secũda pars eius turbidior ꝓpter ſtellas, ſplendoreqꝫ dilutior, ꝓpterea purpuriſſea ꝙ hoc rubentis remiſſo ſit, turbidus item ille irroranſqꝫ color in viridem tandẽ deſinit. hoc re ipſa ſic probare licet. Si quis eñ ſoli aduerſus aquã ore ſumat, & ita inſputet, vt ſtiricidia repercurſum in ſolem habeant actutũ comperit cœleſtis arcus imaginẽ factam, hocqꝫ lipientibus contingere ſolet, cũ in lucernã intuent̃. Anaximenes arcũ fieri autumat radios ſole ſuos in nubẽ eiaculante, denſam, craſſam, atrãqꝫ. Cogi eñ eos ſuper eã nubem quã penitus dirimere nõ valeant. Anaxagoras ſolis irradiationẽ denſa nube repcuti, ex quo exiſtere arcũ, nunqꝫ nõ aduerſum illũ ſyderi ſpeculariter ipſum aſſormãti. Itidemqꝫ cauſat̃ idẽ in geminatis ſolibus qui circa pontũ exiſtere ſolent. Metrodorus cũ trans nubẽ ſol ꝑ

ſplenduerit, nubē quidem cęruleā reddit, ſplendorē vero rutilat.

De virgulis.

AFfectiones quæ in virgulis & geminis ſolibus exiſtunt, partim per ſubſtantiā, partim per ſpeciem fiunt, Quippe cū nubes quidem cernant, colore vero nō proprio ſed alieno, cuius ſpeciē preferunt. In his aūt omnibus quæ per naturā affectiones exiſtunt, queq; per acceſſionem, iuxta contingunt.

De ventis.

ANaximander ventū aerem fluidū, ſubtiliſſimis eius humidiſq; partibus a ſole aut citatis aut illiquefactis. Stoici omnem flatū aerem eſſe fluxū, pro locorū aūt varietate appellationes inde edi. Veluti a caligine & occaſu Zephyrus, id eſt Fauonius dicitur, ab exortu & ſole Subſolanus. Atqui a ſeptentrionibus flat Aquilo, & qui ab humētibus locis, Aphricus. Metrodorus humido expiramento a ſole efferuefacto flat⁹ impetū cieri. Statos vero anniuerſarioſq; aquilones craſſeſcente ad ſeptentriones aere exiſtere, cum ſole nimirū collapſanti iam a ſolſtitio retrogrado.

De hyeme & æſtate.

EMpedocles & Stoici hyemem quidē fieri aere pręualente, ſuaq; denſitate ſurſum verſus enitente, cōtra ęſtatem igne aerem deorſum protrudente. Circūſcriptis a nobis ſupis, terreſtria q̄q; mēte pagrāda.

De terra, & que eius eſſentia, quantaq;.

THales & qui eū ſecuti ſunt vnā eſſe terrā. Oecetes Pythagoreus duas, hāc & antipodū, quā antichtona vocāt. Stoici hāc vnā finitā. Xenophanes inferna ex parte in infinibilē altitudinē radices egiſſe, igne aūt & aere concretā. Metrodorus terrā ſedimentū fecemq; aquæ, ſolem vero aeris.

De figura terrę.

THales & stoici, eorūq; studiosi globosam terrā. Anaximander columnarem. Anaximenes mē sę similem. Leucippus tympani. Democritus latitudine disco assimilem, in medio aūt cauam.

De situ terrę.

THaletis æmuli terram mediā. Xenophanes primā in infinitū fibratā. Phylolaus Pythagoreus ignē mediū, quippe vniuersi focū. Secūdā antichtonē, id est antipodū terrā. Tertiā quā incolimus, cū antichtoni e regione sitā, tum circū eam versatilem, quæ causa est vt qui illā habitant, a nobis non videat. Parmenides primus habitabilis tractus præfiniuit citra duos circulos, solstitialemq; brumalemq;.

De inclinatione terræ.

LEucippus procubuisse terrā meridiē versus propter illarum partiū solutilem raritudinem, nimirū aquilonaribus partibus q frigoribus obriguerint congelatis, austrinis contra æstu fatiscentibus. Democritus meridianā vniuersi partem infirmiorem esse, ex quo augescentem terram illa parte cernuam procidisse. Aquilonares enim partes intemperie austrinas contra temperie præditas. Iccirco non ab re terrā illa degrauatam parte, qua & frugibus exuberat & actu.

De motione terræ.

CAeteri terrā manere. Philolaus vero Pythagoreus circū ignē verti obliquo in circulo similiter soli & lunæ. Heraclides Ponticus, Ecphantus Pythagoreus cient quidem terram, verum haud q̄q; promouenter, rotæ vero instar cardine suo nixam ab occasu ad exortū circa eum volui. Democritus tam inde a principio multiuagam fuisse, tum q parua, tū q leuis esset, procedēte vero tempore addensatā, sua pre

mole libratam constitisse.

De dimensione terræ, quotq; eius circuli

PYthagoras terræ proportione extremi ambientis in quinq; zonas distributam. Septentrionalem, Solstitialem, Hyemalem, Aequinoctialem, Australem, media qua dimetit̃ terrã, propter hoc torrida dicta. Hæc aũt tanq; habitaculũ est. quę æstiuę hybernæq; media est, inter vtranq; temperata.

De terræ motibus.

THales ac Democritus terræ motuũ causã aquæ assignãt. Stoici vero hoc modo dicunt. Terræ motus humor est in terra in aere dissipatus & erumpẽs. Anaximenes ariditatẽ raritudinẽq; terrę in causa esse terrę motuũ, quarũ illã generare ęstus hanc vero imbres continuos. Anaxagoras aera terrã subeuntem, rursusq; callosam eius superficiẽ offensantem, nec erumpere valentẽ, tremule qua arcet quaterę. Aristoteles ꝑpter frigoris circũobsistentiã superne ipsam inferneq; ambientis. calor eñ vtpote leuis sursum semꝑ euadere gestit, ex quo arida euaporatio disclusa & ĩtercepta terræ rimas discuneare luctans, intusq; fluctuans, terrã hunc in modũ cõcutit. Metrodorus nullum corpus accõmodato sibi loco moueri, nisi quis impulerit aut actu detraxerit. Quãobrem nec terrã vt e natura sua positã moueri, quędã vero eius loca migrare in alia. Parmenides, Democritus, terrã tantũdem vndiq; cęlo distantẽ in ęquilibrio manere, nullo ipsa momento quo magis huc atq; illuc vergat pellente, ea ꝑpter vibrare modo nõ ętiã moueri. Anaximenes terrã propterea moueri, ꝗ eius latitudo inuectet aere. Sunt qui terrã dicant innare aquę platani in modũ assamentorumue, quę causa est vt moueat̃. Plato motus oĩs sex in modos tribui, sursum, deorsum

dextrorsum, leuorsũ, vltro deniq; & citro. At nullo eorũ terrã moueri posse. Quippe in infimo vndiq; sitã. Ita hac de causa immotã manere, vt nulla prorsus in parte præ- grauans quid habentẽ, quo magis illorsũ propendeat. At vero locos quosdã eius pre raritate quati. Epicurus non abhorrere a vero pulsari ipsam & veluti succussam mota ri subiecto illi aere crasso & vuido. Cõsentaneũ etiã esse rimulentis eius imis partibus subeunte flatu, in cunicu- losasq; cauernas eius insinuante ipsam contremescere.

De mari vnde constet, & cur amarulentum.

ANaximander mare primarie humiditatis reli- quias esse, cuius ignẽ pluscula assiccasse partẽ, reliquã autẽ feruoris vi in alienũ degenerasse saporẽ. Anaxagoras principio inquit humore stagnãte solis circũflexu obusto, sicq; pingui euaporato, reliquũ in salsuginem amarulentiãq; subsedit. Empedo cles perustę terrę sudorem elutis per summa terris ama- ruisse. Antiphon sudorẽ æstus ex quo residuus humor amare factus efferuescendoq; in salsilaginẽ incoctus est, vt in omni sudore accidere solet. Metrodorus mare per terras excolatũ terrenũ lentorem resipuisse, perinde atq; solent quę per cinerem diffundunt. Platonici quantũ ele mentaris aquę vigoris vi ex aere concretũ est, dulce eua sisse, quantũ vero a terra obustulata conflagranteq; suf- fitum est, salsum.

Quomodo reciprocationes maris & æstus fiant.

ARistoteles, Heraclitus, a sole ea fieri autumant, plerosq; enim illũ flatus sua secũ circũflectere vertigine, quibus ingruẽtibus Atlanticũq; ma re protrudentibus, ipsum extumescere, ęstũq; effi cere, quibus tandẽ sopitis sese æstũ colligentẽ cessim ire, idq; esse reciprocationẽ. Pytheas Massiliẽsis maris acces-

ſus lunę incremento fieri, decremento aũt receſſus. Plato in elatione quandã cauſam confert, aquas em̃ cuiuſdã ſpecus hiatu ſuſtolli & late effluere, ſubindeq́ꝫ eodem refluere, ex quo yndabunda maria iactari. Timeus flumina cauſat per Celtarũ montis Atlanticũ irrũpentia, protrudẽdo em̃ impetu ſuo mari eſtũ ciere. Contraq́ꝫ remiſſo mare retro denuo agere, æſtũq́ꝫ refluũq́ꝫ facere. Seleucus mathematicus mouens ipſe quoq́ꝫ terrã, circumactui motuiq́ꝫ eius occurſare lunæ vertiginẽ dicit, quo impetu colligente ſe inter hæc duo corpora flatu, & in Atlanticũ irruente, probabili ratione conturbari mare.

De area.

ENimuero area hucin modũ conficit. Cũ inter lunã aliudue ſydus viſumq́ꝫ noſtrũ craſſus aer nebuloſuſq́ꝫ interuenit, ab illo viſus noſter confeſtim reflectit, laxiuſq́ꝫ circũfundit, quo deinde in ſyderis orbẽ incurrente duntaxat ſecundũ circunferentiã, cõtinuo circulus videt circa ſydus exiſtere. Huiuſmodi aũt viſitatus circulus area propterea dicit, quoniã illic aſſidue eſt area, eſſe enim ibi huiuſmodi ſimulacrũ videtur quo nuper viſus craſſior inciderat.

PLVTARCHI CHERONENSIS DE PLACITIS DECRETISQVE PHILOSOPHORVM NATVRALIBVS LIBER QVARTVS.

rationis habitus.

Quid intersit inter phantasiam id est visum,& phantaston id est visi efficiens,phātasticonq; & phantasma, id est adulterinū inaneue visū.

De visu,& quonā modo videamus.

De speciebus in speculis editis.

An visibiles tenebrę. De auditu.

De odoratu. De gustatu. De voce.

An incorporea vox,& quomodo fiat echo.

Vnde sensibilis anima, quidq; eius principatus.

De respiratione.

De affectióibus corporis,& an cōdolescat,nec ne illi aīa.

PErlustratis mūdi partibus pergam iam inde ad ea quæ singulatim explicantur.

De Nili exuperantia.

THALES aquilones anniuersarios aduersos Aegypto flantis, Nili exuperantiā attollere, vtiq; emissariis eius turgefaciendo mari obstructis. Euthymenes Massiliēsis oceano & exteriore mari suapte natura dulci Nilū expleri. Anaxagoras Aethiopię niuibus ęstate quidem liquefactis, hyeme vero vigētibus, Democritus ad septentrionē soluta diffusaq; sub solstitiū niue, nubila ex vaporibius cogi, quibus a statis aquilonibus in meridiē Aegyptūq; propulsis, citatissimos imbres fundi, quibus stagna redūdent, ipseq; amnis Nilus. Herodotus illū ex suis tautundem fontibus hyeme æstateq; inuehere, hyemeq; tñ minorē videri, cuius causā in sole esse. qppe qui illo tēpore anni ꝓxime Aegyptū accedat, eiusq; fluēta sorbeat. Ephorus historię scriptor Aegyptū ꝓdidit ęstate totā laxari, & veluti vim vndarū exudare sugge-

rere etiamnũ illi Arabiam & Libyen soluto earũ areni-doq; solo, Eudoxus Aegyptiorũ sacerdotes huius causã inpluuias referre aquas tradit, anniq; temporũ circum obsistẽtiã, id est antiperistasim. Etenim cũ nobis est ęstas qui sub solstitiali circulo agimus, tunc illis hyems est qui sub brumali ad perpendiculũ incolũt. propterea Nili a-qua alueos superans expatiatur per Aegyptum.

De anima.

THales primus animã censuit naturã esse irre-quietã vel suapte vi citabilem. Pythagoras nu-merũ seipsum cientem. numerũ aũt pro mente accipit. Plato substantiã intellectilẽ, per sese agi tabilem, ad numerũ se mouentẽ harmonice emodulatũ. Aristoteles entelechiam primã corporis, naturalis poten tia instrumenti vitã habentis. Entelechian aũt id est ver bũ ex verbo perfectihabiã, pro efficiẽtia intelligere opor tet. Dicearchus elementorũ quattuor harmoniã. Asclepi ades medicus sensuũ coexercitamentum.

An corpus anima, & quae eius essentia.

HI omnes prædicti corporis expertem animã po nunt, suapte ipsam natura citabilem dicentes, substantiãq; intelligibilem, naturalis insuper instrumentarii actum perpetuũ vitam haben-tis. Anaxagorei aeris esse instar dixerũt corpusq;. Stoici feruidũ spiritũ. Democritus ignitum quiddã ex naturis concretũ mente perceptis, globosas iis quidem ideas ha-bentibus, igneã aũt potẽtiam, idq; corpus esse. Epicurus temperamentũ ex quattuor, ex quali igneo, ex quali ae-reo, ex quali spirabili, ex quarto quodam innominato quod ipsum sensile est. Heraclitus animã mundi expira-tionẽ eorũ quae in eo sunt humidorũ, animãtiũ vero ani mã simul ab extraria expiratione, simul ab ea quae intra

eas sit congenitam esse.

De partibus animæ.

PYthagoras, Plato summa quidē ratione animā bipartitam, hinc enim rationē, illinc stare irrationalitatem, accuratiore vero & exquisitiore, tripertitā. Irrationalem enim partem in iracundā aiunt cupidamq; dimensile. Stoici octo ex partibus constare dicunt animā, quinq; quidem sensibilibus, visitatrice, auditrice, odoratrice, gustratrice, tactrice. Sexta vero locutrice. Septima ꝓseminatrice. Octaua deniq; pricipe ipsa, a qua ipsa ꝓdictę omes ꝑ accōmodata sibi instrumēta instruunt octonis Polypi simillimæ brachiis. Democritus ac Epicurus bipertitam animā, & rationē quidem habentē in pectore sitā, irrationabilitatem vero sparsam per totius compaginem corporis. Democritus omnia inquit corpora cuiusdā modi animę participantia sunt, vel mortua enim inquit perspicimus ea coloris cuiusdā participia esse plusculo iam difflato.

Quid animæ principatus, & qua in parte.

PLato, Democritus in toto capitę. Strato in supciliorū interstitio. Erasistratus circa membranā cerebri quā epicranidem vocat, quasi dicas procaluium. Herophilus in ventriculo cerebri, qui idē basis eius est. Parmenides, Epicurus in toto pectore. Stoici ad vnū, toto in corde, vel in cordi obuersante spiritu. Diogenes in arteriacꝫ cordis ventriculo, qui animalis id est spirabilis est. Empedocles in sanguinis concretione. Sunt qui in ceruice cordis, non desunt qui in inuolucro cordis. nonnulli in præcordiis. Recentiorū quidā peruadere a capite ad præcordia. Pythagoras viuificam vim circa cor, rationatiuam autem & intellectiuam circa caput esse.

De motu animę.

PLato nunquam non mouentem animã, mentẽ aũt immotã duntaxat transgressibili motu. Aristoteles immobilem animã motione omni primigenia accidentarie vero non exortem, quemadmodum species corporum.

De immortalitate animæ.

PYthagoras, Plato animã mortalitatis immunẽ, exeuntem in animã vniuersi ad sui generis naturas subuolare. Stoici animã corpore exeuntẽ si inualidior sit, vna cũ concrementis subsistere, cuiusmodi esse imperitorũ animas. Sin strenua sit, quales sunt sapientũ, ad flagrantes vsq; naturas euadere. Democritus, Epicurus mortalẽ, vnaq; cũ corpore emorientẽ. Pythagoras, Platoq; rationis quidẽ compotem partẽ, nõ interiturã. Animã enim tametsi deus nõ sit, opus certe æterni dei esse, rationis aũt exortẽ partem interiturã.

De sensibus sensibilibusq;.

STοici sensum hoc modo definiũt. Sensus est apprehensio sensorii vel comprehensio. Sẽsus aũt multifariam dicitur, & habitus ẽm & potẽtia & actus imaginatioq; comprehensiua per sensoriũ fiunt, ipseq; insuper octauus principatus a quo cætera omnia constituunt. Rursus sensus dicunt spiritus intelligentiæ cõpotes ab ipso principatu ad instrumẽtarias partes stationes agentes. Epicurus pars est inquit sensoria sensus, q̃ eadẽ facultas est, sensumq; ipsum quod est sensus effectũ, vt bifariam ab eo sensus dicat. Sensus quidem facultas ipsa, Sensibile autem effectũ. Plato sensum existimat animę & corporis communionem ad externa spectantem, vis enim est animæ, instrumentum vero corporis, ambo autem apprehendentia sunt eorum quæ extrinsecus edu-

cuntur, Leucippus, Democritus, sensum & intelligentiam simulacris rerū fieri extrinsecus occurrētibus, nulliq; sensū cōtingere cui nō huiusmodi imago occurrerit.

Veri necne sint sensus, & visa id est phantasiæ.

Stoici sensus quidem veros, visorū aūt quædam vera, quędam vero vana. Epicurus omnē sensum, omneq; visum verū, opinionū aūt partim veras, partim vero falsas. Enimuero sensus vno modo fallit, quod est in mente explorabilibus, visum vero duobus. Sensiliū enī simul visum est & intellectiliū. Empedocles & Heraclides singulos sensus ꝓpter accōmodatos meatuū cōmensus fieri vnoquoq; sensiliū cōgruenter singulis hærente.

Quot sint sensus.

Stoici speciales quinq; sensus, visum, auditū, odoratū, gustū, tactū. Aristoteles sextū quidem nō ponit, verum cōmunem sensum, compositarū specierū existimatorem, ad quem sensus omnes simplices sua quisq; visa referunt, in quo ipso transitus ab vno ad alterū veluti figurę aut motus spectatur. Democritus pluris obuersari sensus animantibus rationis cōpotibus, diisq; & sapientibus.

Quonam modo fiat sensus & prenotio seu anticipatio, & rationis habitus.

Stoici cū homo natus est inquiūt, principem habet animæ partem, vicem implentē membranę scriptoriæ, etenī in ea singulas notiones adnotat, & tanq̄ literis mandat. Primū adnotandi genus est quod ꝑ sensus fit. Qui enim cuiusuis rei sensum apprehenderūt, verbi gratia candidi, abeūte confestim eo, memoriā eius habent. Vbi aūt eiusdem generis complures factæ sunt memoriæ, tū vsum habere dicunt. Vsus enim & ex

perimentũ multitudo est eiusdem generis sensuũ. At vero notionũ naturales quidem prędictis modis fiunt, citraq; vllũ artis adminiculũ. Alterę aũt iam disciplina curaq; adhibitis. Cęterũ hæ notiones modo vocan̄t, illę vero pręnotiones quoq;. Proinde ratio a qua rationales nũcupamur, ex pręnotionibus cõsummari dicit̄ per primũ septenariũ. Porro conceptus mentis visum est cognitionis animalis rationabilis, nam visum cũ animæ appellit̄ rationabili, tũ demũ sensum vocat̄. A mente nomen græce denominatũ. Proinde cæteris omnino animantibus huiusmodi visa nõ accidũt, cuiusmodi certe diis nobisq; adeo accidunt, illaq; visa tantũ sunt non etiã sensa. Quę vero nobis accidunt genere quidem visa sunt, specie aũt sensa. Perinde atq; stateres & denarii, ipsi quidẽ per se denarii & stateres sunt. Q. si in nauigii mercedẽ dentur, tum præter q̃ q̃ denarii sunt portoria etiam fiunt.

Quid intersit inter phantasiam, id est visum, & phantaston, id est visi efficiens phantasticonq; & phantasma, id est adulterinum & inane visum.

CHrysippus differre inter se quattuor hæc. Phantasia quidẽ igit̄ affectio est in anima facta, quæ sui quoq; efficiens præfert, veluti cũ oculis perspicimus albũ, affectio est in anima per visum facta, huicq; affectioni dicere possum? subesse albũ quod ciet, perindeq; erit si per tactũ aut odoratũ huiusmodi affectio fiat. Dicta est igit̄ græce phantasia a lumine, vt eñ lumen & ea quæ collustrat demõstrat, ita phantasia ipsa se demõstrat & sui quoq; conficiens. Phantaston est phãtasię efficiens, vt albũ, vt frigidũ, & omnino quicquid animã citare potest, id est phantaston. Phantasticõ inanis est attractus, affectus inq̃ in anima a nullo phantasto factus veluti accidit in vmbratilẽ pugnã exercentibus, manusq;

inaniter intentantibus, proinde viso subiacet visi quiddã conficiens, inani aũt viso non item. At phantasma est ad quod rapimur phantastico & inani attractu. cuiusmodi in mente captis furoreq; percitis fiunt. Itaq; tragicus Orestes cũ inquit. O mater supplex oro te ne incute mihi sanguinarias coruscasq; pupillas, ipsę enĩ ipsę propter assiliunt me. Dicit hæc quidem ille vt furibundus, nihil vero videt etsi videre videtur. propter quod ad illũ Electra ita inquit. Sta miserãde tuis immote in stragulis, cernis horum nihil quæ coram cernere reris. Quemadmodum & apud Homerum Theoclymenus vates.

De visu, & quomodo videamus.

DEmocritus, Epicurus per imaginum insertus visualem arbitrantur potentiam accidere, radiosq; quosdam ab oculis exertos simul atq; subiectæ rei institerint, rursusq; in eosdem redire insertariq;. Empedocles imaginibus radios imiscuit, idq; coniunctum imaginis radios vocauit. Hipparchus autumat ab vtroq; oculo ad corporum lineamenta exporrectos, perinde atq; manuũ admotu corpora summa pertrectante, apprehensionem eorũ ad visualem vim referre. Plato per corradiantiam visum fieri existimat, lumine ab oculis quidem exerto ad aliquantum interualli per cognatum sibi aerem effluente. a corporibus vero illato occursante illi, aeremq; intermedium diffusu amolituq; facilem cum visuali igne intendente. hæc enim dicitur corradiantia Platonica.

De speciebus in speculis editis.

EMpedocles per effluuia fieri censet in speculi superficię coeuntia, absolui aũt ab igne ex speculo excreto, prętentumq; speculo aerem in quem profluuia coguntur secũ transferente. Democritus

Epicurus ſpeculares ſpecies edi per imaginum ſubſiſten tias a nobis prodeuntiũ, ſuper ſpeculũ vero cõſertarũ re liſucꝙ circumactarũ. Pythagorici per viſus refractionem, ferri enim viſum veluti in æs intentum. Simulac aũt in ſpiſſitudinem eius ac terſitudinẽ adactus ſit, redire ipſũ in ſeſe, perinde ac ſi manus porrecta retro humerũ ver ſus reuocetur. Poſſumus etiam his capitibus vti, vbi ſu pra de videndi ratione quærebamus.

An viſibiles tenebrę.

Stoici viſibiles tenebras eſſe, ex viſu enim ſplendo ris quid illis obduci, ac ne interim quidem falli vi ſum, nam reuera videt ꝙ tenebrę ſunt. Porro tene brę cogunt aggregantꝙ viſum proptereaꝙ hebe tant, contraꝙ lumẽ diſgregat ac deducit viſum noſtrũ ad res vſꝙ viſui obiectas per aerẽ intermediũ, eapropter nõ cernere nos in tenebris, verũ tenebras modo ipſas cerne re. Cryſyppus intermedii aeris contentione cernere nos exiſtimat, Lancinari enĩ aerẽ a ſpiritu viſuali qui ab anię principatu ad vſꝙ pupillam pertingit, qui ipſe cũ in obie ctum aera incurrerit, intendit eũ turbinaliter, ſi modo ſui generis nactus aera ſit. Prodeunt aũt ignei ex oculis ra dii haud quaꝙ atri caliginoſiue, propter quod viſibiles tenebras eſſe.

De auditu.

Empedocles auditũ fieri ſpiritus alliſu in clauicula tam auriũ partem introrſus adnexam, quã tinti nabuli vicem prębere dicit, vtpote celſo loco ſitã pulſuiꝙ obuiã. Alcmęon audire nos inani inteſti naꝙ auriũ parte, hocꝙ eſſe quod ſpiritu irrũpente perſo net. omnia nanꝙ vacua ſonitũ edere ſolere. Diogenes in terno capitis aere a voce pulſato citatoꝙ. Plato platonici ꝙ feriri inteſtinum capitis aerem, ad principatumꝙ re percuti, ſicꝙ auditus ſenſum ęxiſtere.

De odoratu.

ALcmęon principatū in cerebro esse hoc igitur nos odorari, respiratiōibus ad sese odores euocāti. Empedocles cū pulmonū respirationibus odorem coinsertari. Cum igit̄ grauescit respiratio, propter asperitatem nos non sentire, vt in iis videre est qui grauedine infestantur.

De gustatu.

ALcmęon humore teporeq́ atq́ adeo mollitie linguę internosci sapores. Diogenes ꝓpter fungositatem mollitiemq́ linguę, propterq́ cōmissas illi corporis venas perfundi sapores, ad sensum elicitos animæq́ principatū, non aliter atq́ a spongia exuctos.

De voce.

PLato vocem definit spiritū per os a mente ductū aeremq́ ictū per aures ad cerebrū, & sanguinē ad animā vsq́ traiectū. Dicitur aūt abusiue vox de brutis & inanimis & est crepitus. Vox aūt ꝓprie dicitur articulata quæ est ex eo gręce phone dicta, ꝙ mente concepta illuminet. Epicurus vocem emissum esse a loquentibus profluuiū, sonantibusq́ & strepētibus. Id aūt profluuiū in conformia fragmenta, conformia vero dici teretia teretibus, & scalena id est impariū inter se laterū triangula, scalenis, & triangula sui generis figuris. His fragmentis in auris incidentibus vocis sensum confici. Manifeste vero hoc declarari in vtribus effluentibus fullonibusq́ in vestes insputantibus. Democritus quoq́ aerem in corpora vniforma frangi, vnaq́ cum fragmentis vocis conuolui, etenim monedulę monedula assidet, vt est adagio vulgatū, atq́ solet similem simili deus addere semper, vt in littoribus similes scrupi iisdem in lo

cis visuntur, alibi globosi, teretes alibi, & in cribrantiũ in cerniculis vniformia coeunt in vnũ legumina, ita vt seorsum fabę sint, & seorsum cicera. Posset autẽ his obijci. at enim quonã modo paucula spiritus fragmenta numerosum spectaculi consessum explere possunt? Enimuero stoici negant aerem ex frustulis constare, continentẽq; illũ & perpetuum dicunt, nihil vacui prorsus habentem. Simulatq; aũt spiritu pulset, vndabundũ ferri orbibus rectis in infinitũ quoad obiectum aerem impleuerit, haud secus atq; in piscinam lapide misso, q̃q; ipsa orbiculariter mouetur, aer vero globose. Anaxagoras vocem edi, duri usculum aerem offensante spiritu, a quo relisum illũ ad auris perferri, quo eodem modo echo quoq; fieri.

An incorporea Vox & quomodo fiat Echo.

PYthagoras, Plato, Aristoteles incorporeã echo, non enim aerem esse sed figuram aeri hærentẽ, aerisq; superficiem certo quodam pulsu factam, at superficies omnis corporis expers est, Etenim tametsi cũ corpore agitetur nullo tamen prorsus corpore constat. Similiter atq; inflexa virga superficies quidẽ nihil patitur. Materia aũt est quæ flectitur. Stoici vocem corpus esse sic colligunt. Omne agens inquiunt aut faciens, corpus. Atqui vox, & facit & agit. Quippe quam audimus sentimusq; auribus appulsam, & in eis exprimentem veluti annulũ in cæram. Adhæc omne oblectans aut conturbãs corpus est. At oblectat nos cõcentus & cõturbat discrepantia. Deniq; omne agitabile corpus est, vox autem agitatur, & in locos leues incidit, repercutiturq; pilę in modũ in parietẽ adactę, pinde in ægypti pyramidibus vnica vox fracta q̃ternos quinosq; adeo sonos edit.

Vnde sensibilis anima, quidq; principatus eius.

STOici censent summã animæ partem principatum esse, visorumq́ illũ & assensuum, sensuũ & appetitionum effectorem, quam ratiocinationem vocãt. Ab hac aũt animę principe parte, alię septem enatę & tanq̃ appendices ad corpus traducantur cirrorũ polypodis instar. Harum septem animę partium quinq́ sunt sensoriæ, visus, odoratus, auditus, gustus, tactus. Quarum visus spiritus est a principali animę parte ad oculos pertinens. Odoratus spiritus pertingens a principatu ad nariũ fauces. Gustus a principatu ad vsq́ linguã ptingens. Tactus spiritus a principatu ad superficiem ptendẽs rerũ tactui facile sensili obnoxiariũ. Reliquarũ partium altera semen dicit̃, quod ipsum etiamnũ spiritus est principe aĩę parte ꝑuadens ad genitalis vsq́ meatus. Altera vero vocalis a Zenone dicta, quã & vocẽ vocant, spiritus est principatu ad linguã & arteriã pertinens, aliasq́ sibi accõmodatas instrumẽtarias parteis. Ipse aũt principatus in capite nostro cõstitutus est tanq̃ in mundo, vt pote conglobato.

De respiratione.

EMpedocles primam aĩantis respirationẽ fieri humore recens editorũ per tuũ abscedente, externo aũt aere in exhaustã inanitatẽ subeũte atq́ ad hiantia vascula ꝑuadente. deinde expirationem, insito iã feruore erũpendi impetu ingressum aera extrorsus ꝓpellente. ab his inspirationẽ, aere illo extrorsus redeunte aditũq́ vicissim extrario prębente, qua ipsa obtinente cũ sanguis ꝑ faciẽ suffusus, aerem affluentia sua ꝑ nares reliserit, sub ipsius excessu expirationẽ fieri. Quo rursus sanguine sua ꝑ vestigia redeũte, aereq́ in destitutos ab eo locos subeũte, inspirationem. Hoc aũt Asclepiades clepsydrę docet exemplo, id est vasculi in imo pertusi oblõga in sũmo fistula, & quidẽ pulmonem infundibuli

id est fistulę instar cōstituit. Respirationis aūt causā inte stinā pectoris subtilitatē autumat, ad quē extrāriū aera effluere crassiore natura concretū, vicissimq retroagi, pe ctore nec eū admittere, nec eo carere valēte, residuaq sp in pectore subtilioris aeris parte (nō omnis em̄ excerni tur) hanc iterū extrinsecus ab illo grauiore impetu. Hęc aūt Asclepiades cucurbitulis medicinalibus similia esse dicebat. Porro respirationē liberā spontaneāq cōtractis fieri aiebat tenuissimis pulmonū meatibus, intestinisq eorūq coartatis fistulis. Hęc em̄ nostrę esse spōtis arbitrii q. Herophilus potētias reliqt cicatriculas corporibus hę rētes in neruis, in arteriis, in musculis. Pulmonē igit exi stimat distractiōis cōtractionisq naturaliter appetentē, vnde & alias pulmonis functiones esse, vt spiritus attra ctū extrīsecus. Quem quidē ipsū simul atq extrario aere distentus non iā attrahere potest, eius aeris redundantiā in pectus reiicere, cōtinuoq per secundā pulmonis appe tionem hunc eundē spiritū pectus ad sese traducere. Ex pleto deinde nec iā ad se trahere valenti pectore demū in pulmonē redundantiā spiritus refluere, inde foras excer ni. ita corporis partes inter se afficere, reddendis subinde vicibus expletu exhaustuq facto. Proinde in pulmoni bus quatuor oīno motiones esse. Primā per quam aerem extrinsecus euocant. Secundā per quam id aeris externi quod intra se conceperunt, ad pectus demigrat. Tertiam per quā id quod ab illis pectus sibi cōtraxerat, rursus ad sese recipiūt. Quartā deniq p quā a pectore receptū sub inde foras regestāt. Harūq motionū duas distensiones es se. vnā intrinsecus, & alteram a pectore. duasq itē contra ctiones, vnā qua spiritū ad se pectus elicit, alteram cū insi nuatū spiritū in aera egerūt ipsi. Pectoris vero duas tm̄ motiōēs esse, dilatationē qdem cū a pulmone spm̄ euocat

contractionem vero cum acceptum vicissim reddit.

De affectionibus corporis, & an condolescat nec ne illi anima.

STοici affectiones quidē in locis esse affectis. Sensus aūt in animæ principe parte. Epicurus & affectiones & sensus in locis esse affectis, principatum enim affectionis imunem esse. Strato & affectus animę & sensus in principatu esse, non aūt in locis affectis constitutos. Quippe cū in anima sita sit tolerantia, quod profecto in atrocibus asperisq́ rebus deprehendi, necnon in viris fortibus ignauisq́.

DE PLACITIS DECRETISQVE PHILOSOPHORVM NATVRALIBVS LIBER QVINTVS ET VLTIMVS. GVILLIELMO BVDEO INTERPRETE.

DE DIVINATIONE.

PLATO & Stoici diuinationem introducunt per instinctũ afflatumq́ diuinũ, qui fanaticus furor est, feruorq́ lymphatiticus, per somniorũ imaginamenta chaldęorumq́ obseruationes, & augurũ disciplinam. Hi aũt plerasq́ diuinationis parteis probant. Xenophanes & Epicurus diuinationem omnem sustulerunt. Pythagoras immolatricem tantum improbat. Aristoteles & Dicęarchus per instinctum solum lymphaticũ inducũt, perq́ somnia, immortalem ipsi quidem animã neutiq́ putantes, cuiusdam vero numinis participem.

Quomodo somnia fiant.

DEmocritus somnia fieri aduentitiis appulsisq; imaginibus. Strato mentis in somnis ea natura quæ rationis expers est quodammodo preualentius sentiente. Propterea q; citata a cognitiua potentia. Herophilus somnia diuinitus inspirata e necessitate esse, naturalia aūt fieri anima commodatum sibi rerum effingente simulacra, quæq; ab his futura sunt. Ex vtroq; vero genere temperata imaginū appulsu fieri, cū expetimus videmus, cuiusmodi iis accidūt qui amicas in somnis attrectare videntur.

Quænam genitalis seminis substantia sit.

ARistoteles semen esse inquit quod cieri in sese potest ad tale quiddā conficiendū quale id est ex quo ipsum cōcretū est. Pythagoras geniturā probissimi sanguinis spumam, alimenti retrimentum, vt sanguinem quoq; & medullam. Alcmeon cerebri partem. Plato vertebralis medullæ defluuiū. Epicurus conuulsum quiddam a corpore & anima. Democritus ex totis prodit genitura corporibus, præcipuisq; eorum partibus veluti carnosis fibris & ossibus.

An corpus genitura.

LEucippus & Zeno corpus, esse em̄ animæ cōuulsuram. Pythagoras, Plato, Aristoteles vim quidē geniture incorporeā, veluti mentem motricem, corpoream vero materiam profluentem. Strato vim quoq; seminis, corpus, vtpote spiritalem.

An fœminæ semen emittant.

PYthagoras, Democritus, Epicurus, fœminā quoq; semen emittere, seminalis enim meatus auersos habere, propter quod ab vsu inquiūt coitus appetentiam habet. Aristoteles Platoq; materiā quidem vuidam emittere tanq; sudorem a colluctatio-

ne,sed haud quaꝗ seminalem. Hippo emittere quidem fœminas semen non minus maribus,sed quod ad generationem nõ conferat,vt quod citra vuluam excidat. vnde nonnullas sæpenumero citra coitũ vllum semen emittere,præsertim quę viduæ degant. Sunt qui a mare ossa, carnes vero a fœmina esse contendant.

Quomodo conceptus fiant.

ARistoteles conceptus fieri præducta proxima purgatione vulua, menstruisqꝫ a totius corporis compage puri partem sanguinis euocantibus,sicut in geniturae quoqꝫ virilis concretione contingit. Conceptus autem nõ euadere aut propter mensiũ defectũ,aut inflatilem vuluam,aut ęgritudinem, aut mulierũ imbecillitatẽ, aut virorũ deniqꝫ lassescentiã.

Quomodo mares gignantur aut fœminæ.

EMpedocles mares aut fœminas pro caliditate frigiditateqꝫ gigni, indeqꝫ esse quod perhibent primos olim mares ad exortum & meridiem terra enatos, fœminas vero ad septentriones. Parmenides viceuersa ad septentriones mares enatos, Quippe quispissitudinis plus habeant,contraqꝫ ad meridiem fœminas,vtpote solutiores. Hipponax prout coidile validũ qꝫ fuerit semen, fluxumue & languidum mares aut fœminas gigni. Anaxagoras, Parmenides, quod a dextris corporis partibus migrarit in dextras quoqꝫ vuluæ partes manare,itemqꝫ quod a sinistris in sinistras quoqꝫ. Qꝫ si huiusmodi delapsus viceuersa euaserit,fœminas gigni Leucippus partuũ immutatione ꝑ quã mas colem,fœmina vuluã habet. hacqꝫ tenus Leucippus. Democritus promiscuas ptis ab vtro contigerit cũqꝫ,peculiaris vero ꝓ alterutrius pręualẽtia gigni. Hipponax, si quidem genitale sęmẽ pręualuerit,marẽ gigni, sin alimentũ, fœminam.

Quomodo monstra fiant.

EMpedocles monstra fieri exuberantiam defectũue seminis, aut propter agitationis turbulentiam aut si in plusculas partis secetur, aut si aberrauerit. has fere causas monstrorum cõmentus ille uidetur. Strato per additamentum ademptionemue, aut transpositionem, aut inflationem. Medicorum quidam ꝓpter distortã id temporis vuluam distendente spiritu.

Cur mulier frequentius veneri indulgens, non concipiat.

DIocles medicus, aut ꝙ nonnullæ semen omnino nõ emittant, aut ꝙ minus q̃ necesse est, aut ꝙ tale in quo potentia viuifica non sit, aut propter caloris, vel frigoris inopiam, aut humiditatis siccitatisue, aut propter genitalium resolutionem. Stoici propter genitalis obliquitatem recte emittere genituram non valentis, aut propter genitalium incõmensurabilitatem abstrusiore q̃ pro modo eorum vulua. Erasistratus locorum vitio, si callosi carnosiq; sint, aut rariores q̃ pro natura sua, aut si minores.

Quomodo gemini trigeminiq; gignantur.

EMpedocles geminos trigeminosq; gigni exuperante scissiliue semine. Asclepiades ꝓpter seminum prꝭstantiam, haud secus atq; hordeaceas spicas binis trinisq; granorum versibus constantes, huiuscemodi eñ semina prolificentissima esse. Erasistratus propter superfœtationes, quo modo & in brutis animantibus. Vulua enim quæ probe expurgata est, ea demum superfœtationem capit. Stoici propter vuluæ loculamenta, cum in primũ secundumq; incidit semen, tunc enĩ superfœtari & geminos trigeminosq; interdũ gigni.

Vnde existant parentum similitudi-

nes & progenitorum.

EMpedocles similitudines fieri corporum semine inualescente, dissimilitudines vero seminali colore in vaporem euanido. Parmenides cũ a dextera vuluæ parte fœtus editur, patrem referre, cum vero ab leua, matrem. Stoici a toto corpore atq; ab anima semina prodire, vnde & similaritates affingere figuras formasq; iisdem ex generibus, haud secus atq; pictorem, iisdem ex pigmentis effigiem facietem eius quem imitari studet. Cæterum emittere mulierem etiamnum semen, q; si euicerit mulieris semen, partum mulierem referre, sin viri, virum.

Quonam modo alienis similes nascantur, parentibus vero non item.

MEdicorum pleriq; fortuitu & temere prout refrixerit tum viri tum mulieris semen, parentibus nasci dissimiles pueros. Empedocles viso conceptum oblato informari infantem. Etenim mulieres simulacra sępiuscule statuasq; in delitiis habuisse, similesq; iis partus enixas. Stoici concordia mentis, & radiorum atq; imaginum sub defluuiorũ insinuatores, fieri parentum prolisq; similitudines.

Quibus modis sterilescant tum mulieres, tum viri.

MEdici steriles fieri propter vuluam aut densiorem, aut rariorem, aut duriorẽ, aut si calla quędã obduxerit, aut carnosior sit. Deniq; si mulier languido animo sit, aut tabido corpore, aut mala habitudine. Postremo propter contortam vuluæ configurationem conuulsionemue. Diocles viros sterilescere aut quoniam genituram nullam omnino emittant, aut quoniam minus q̃ quanto opus est, aut quia minime fœtificam, aut si lassescant genitalia, aut propter pe

nis obliquitatem, si modo geniturarn recto tenore egere re nequeat. Deniq; si proportione penis vulua immodice reducta sit. Stoici causantur potentias qualitatesq; in vtroq; coeuntium inter se abhorrentes, quas si dissociari contigerit, suiq; generis aliis coniungi, tum deniq; mixturam e natura temperari, sicq; infantem absolui.

Cur steriles mulæ.

ALcmęon mulini generis mares quidem steriles, propter genituræ tenuitatem, id est seminis frigiditatem. Fœminas vero propter vuluam non dehiscentem, id est non se laxantem. Sic enim dixit ille. Empedocles ꝓpter vuluam breuem, pumilam, restrictam, ventriq; auerse coalitã. Neq; eñ genituram recta in eũ illabi, nec si euadat, illã excipere posse. Huic aũt Diocles astipulat̃, nam in dissectionibus inquit nõ rarissime huiuscemodi mularũ vuluas vidimus. Consentaneũq; est ꝓpter hoc genus causas mulieres etiamnũ sterilęscere.

An infans in vtero animans sit.

PLato infantem in vtero animantem esse, moueri enim in vtero vegetariq;. Stoici ventris esse partem non animal, vt enim fructus qui partes sunt arborũ, simul atq; maturuere defluunt, ita & partus. Empedocles fœtum in vtero animal non esse, sed spirantem tamen. Enimuero primam animalis respirationem edito statim partu existere, humore quidem partuum abscessum capiẽte. Extrario vero aere ad exinanimentum subeunte, vtpote introrsus hiantibus concẽptaculis. Diogenes nasci quidem infantes inanimos, sed in calore tamen, ex quo effuso statim fœtu ingenitum calorem in pulmonem elici. Herophilus naturalem motum immaturo partui reliquit, non etiam animalem id est spirabilem. Neruos autem in causa huiusmodi mo-

tus esse ait, animantes autem tum demum esse cum in lucem editi aeris quid sumpserint.

Vnde alantur infantes in vtero.

DEmocritus infantem in locis ore alimentum sumere, vnde statim editum mordicus in mammam ferri, esse enim in locis fœmineis papillas quasdam intellectu perceptas, & oscula quibus alantur. Stoici per secundas & vmbilicum alimentum sumere, iccircoque obstetricantes confestim eum adnectere, osque infantis diducere, vt alimenti genus aliud meditetur. Alcmæon per totum corpus ali. exugere enim eum spongiæ in modum alimenta vegetantia.

Quid primum absoluatur in vtero.

STOici in plerisque membra simul omnia absolui putant. Aristoteles lumbos primum absolui carinæ nauis instar. Alcmæon caput, vt in quo principatus est. Medici cor, vt in quo venarum arteriarumque principium. Sunt qui maximum digitũ pedis, non desunt qui vmbilicum dicant.

Cur septimestres infantes natales.

EMPEDOCLES, cum primum genus hominum e terra enatum est tantum longitudine temporis diem fuisse propter solis segnitiem, quanta nunc decem sit mensium dies. procedente deinde tempore tãtum fuisse, quanta nunc septem mensium. Propterea decimestres infantes, septimestresque natales. Itaque nimirum natura comparante vno partum adolescere die, qua prima poneretur nocte. Timęus non decem menses sed nouem esse existimat. Verum quando quidem & ante conceptus menstrua sisterentur, propterea decem existimatos. Sic quoque septimestres videri qui septimestres non sint. Quippe cũ a conceptu quoque

vulua nõnunq͂ menſtruis affluat, ignorari enim & poſt conceptum purgationum numerũ. Polybus & Diocles empyrici vel octauum menſem agnouere genitalem, et ſi languidiorem quodammodo, quoniam permulti ex infirmitate perierint, fere tamen octimeſtres non pauci in viros euaſerint. Ariſtoteles vero Hippocrateſq͂ putãt ſi vulua menſibus expleatur ſeptem, tum deniq͂ erumpere infantes, vitaleſq͂ naſci, q͂ ſi ermpant nec tamen alant̃ vmbilico languente (id quod accidere ſolet ſi dolẽte vulua concrementum partus ſiat) tunc infantem tabeſcere. Sin vero nouem menſes in vtero manſerit, tum demum numeris omnibus ſuis conſummatum eſſe. Polybus centum & octogintaduos dies dimidiatũq͂ natales efficere. Quod ſemeſtre tempus eſſe, quanto tempore ſol ab vno ſolſtitio ad alterum perueniat. Septimeſtres vero ideo dici quandoquidem ſexti menſis dies in ſeptimo implent. Enimuero mathematici octo omnis geniturǣ menſes diſſociabiles eſſe aiunt, ſeptem vero fœderabiles, diſſociata aũt diſiunctaq͂ ſigna ſunt, ſtellas quas œcodeſpotas id eſt domicilii dominas vocãt, maleficas nactę ſunt, nam ſi qua harum vitæ viuendiq͂ inſtituti auſpicatum ſit, infortunatos non perennaturoſq͂ portendit. abiuncta aũt ſigna nulloq͂ mutui conſpectus cõmercio vincta, numero ſunt octo. veluti aries ad ſcorpionem adiunctus, & taurus ad ſagitarium, gemini ad capricornum, ad aquariũ cancer, ad piſces leo. Deniq͂ abiuncta virgo ad arietem. Quare & ſeptimeſtres vitales & decimeſtres eſſe, Contra octimeſtres enecari propter mundi diſſidentiam.

De generatione animalium, quomodo genita animalia, & an interitui obnoxia.

SEcundum quos natiuus mundus, natiua etiamnũ animalia & corruptioni obiecta ſunt. Epicurus ſe

cundum quem ingenita, degenerantia ait inter se nasci animalia, esse enim ea huius mūdi partes. Similiter atq; Anaxagoras & Euripides. Intererit nihil corū quę nata sunt, transilientia vero aliud in aliud, figuras alias atq; alias induunt. Anaximander tradit prima in humore enata esse animalia, aculeatis ipsa obducta corticibus, pro cessu deinde temporis exuctiora euasisse, ruptoq; tandē cortice ad breue tempus vixisse. Empedocles primas animaliū procreationes omnibus suis partibus neutiq; absolutas fuisse. Verum incoalitis partibus dissolutas hiulcasq;. Secundas vero coalescentibus partibus in simulacri speciem. Tertias autē enascentibus ex se inuicem partibus. Quartas non iam eiusdem modi veluti ex terra & aqua, verum ex sese vicissim genitis gignentibusq;, illa quidem adstipata, hæc in alimentum cedente, fœminarū vero forma seminalis motus irritamentū ingenerante. Cęterum animalium omnium genera certis quibusdam temperamentis dirempta. Aquę enim accōmodatiora in aquam appetitu duci, quędā in aera aspirare, prout ignis participantiora sunt. At grauiora terræ hæsisse. Quę vero æquabili ex omnibus temperamento sint pectoribus elocuta.

Quot genera animātium, & an omnia sensu rationeq; prædita sint.

EST Aristotelis tractatus quidam in quo animaliū genera quadripertita esse dicit, terrestria, aquatilia, volucria, cœlestia. Etenim cœlestiū quoq; orbium animalia dici non secus atq; terræ. Aīalia aūt rationalia īmortalia Democritus atq; Epicurus cœlestia existimat. Anaxagoras animalia omnia ratione ha bere dumtaxat actiuam, nam passiuam rationem & tan q; mentem, quanq; mentis interpretem dicūt, neutiq; ha

bere. Pythagoras, Plato, rationalis animas esse vel earum animantium quæ irrationabiles vocentur. Tametsi irrationabiliter non agentis, cum propter distemperantiam corporum, tum vero quod differendi facultate careant, vt in simiis cernere est, vt in canibus, blaterare enim has animantis non loqui. Diogenes has etiam intelligentiæ aerisque participes, verum quod earum partim compactiliores sint, partim humore redūdantes, nec animaduertere nec sentire. perinde autem atque furentis affici, animæ principatu hallucinante.

Quanto tandem tempore aīalia in vtero conformentur.

EMpedocles in humano genere fœtum membraturam a sexto & trigesimo die auspicari, absoluereque vndequinquagesimo. Asclepiades in maribus propter feruorem commissuras artuum a sexto & vigesimo die fieri, in multisque etiam citra, suis aūt partibus omnibus ad quinquagesimum consummari, in fœminis vero intra bimestre incipere, ad quadrimestreque confici propter caloris inopiam. In genere autem brutorum consummate pariter membrari, propter elementorum contemperationes.

Ex quibus elementis constent singulę generales corporis partes.

EMpedocles carnes procreatas ex quattuor internorum elementorū temperatione, neruos autem igne & terra duplici proportione mixtis, vngues vero in aīalibus gigni neruis obrigentibus, quatenus aeri obiecti sunt. At vero ossa ex aqua internaque terra constare videri, ex quattuor denique cōmixtis sudore lachrymamque composita, liquefacto vtique sanguine extenuatoque diffuso.

Quando & quomodo incipiat homo perfici.

HEraclitus & Stoici homines cœptos esse persi ci circiter secundum septenarium sub quem sa ne seminale iam serũ prodit. Etenim arbores inquiũt persici cœptę sunt, cũ semina gignere cœperũt, ante hac vero imperfectę, imaturę, atq; adeo in fructuosę sunt. Proinde perfectus tum deniq; est homo. Aristoteles circiter septenariũ secundũ honesti prauiq; notionẽ existere, vtiq; cũ disciplinis initiant. Sũt qui pu tent tertia hebdomade consummari hoĩem, vt cũ viribus suis vtit.

Vnde somnus fiat aut mors.

ALcmæon somnũ fieri sanguinis receptu in ve narum confluuiũ putat, persusu vero expergi scentiam, collectu aũt eiusdem absoluto, mor tem. Empedocles somnũ sanguinarij caloris re frigerationem esse, quæ quidem si modice temperata sit, sequi somnũ, sin ĩmodica sit, mortem. Diogenes, si peni tus sanguis diffusus venas corporis impleuerit, intestinũ q; earũ aerem ad pectus subdi tũq; illi ventrem propule rit, tũ deniq; somnũ fieri, ex quo precordia concalescere. Q, si oĩs funditus aer ex venis eruperit, mortem existe re. Plato & Stoici somnũ fieri sensilis quidem spiritus re missione & tanq̃ laxatione, quemadmodũ & sup terram considente flatu, eodẽ vero se recipiẽte ad superciliorũ in terstitiũ, id est animæ principatũ. At vero cum omnifari a sit spiritus sensilis remissio, tũ demũ consequi mortem.

Vtrius tandem somnus & mors, animæ an corporis.

ARistoteles cõmunem somnum corporis & ani mę autumat. Est enim eius functio humor a pe ctore ad capitalia loca suffitus, subiectoq; alimẽ to cordis feruor refrigeratus, mortem vero es se absolutam refrigerationem. quam ipsam corporis so lius esse non etiam animę, cuius neutiq; mors sit. Anaxa

goras somnũ corporalis functionis esse, corporalem enĩ affectionem esse non animalem, esse autem vel animæ mortem videlicet diremptionẽ. Empedocles mortem eorum esse diremptum ex quibus cõcrementum hominis constat. Quapropter cõmunem esse mortem corporis & animę. Somnum vero ignis interni secretionem esse.

Quomodo augescant stirpes, & an sint animantes.

PLato, Empedocles, stirpes quoq; animatos animãtisq;, manifesta vero argumenta ꝙ vibrent, ꝙ porrectos ramos habeant, ꝙ tractanti eos arboratori non sine violentia cedant, rursumq; laxati in pristinum vsq; adeo habitũ crescendo se reuocent, vt etiam renitentia pondera euincant. Aristoteles animatos quidem nec tamen aĩantis. Quippe cũ animantes appetitrices sint, sensibilesq; ac rationabiles. Stoici Epicureiq; animatos negãt. Siquidem animatorum partim appetitrice anima esse & concupitrice, partim vero rationis compote, ãt stirpes temeritate quadam nasci, non animæ vi. Empedocles arbores primas animalium e terra extitisse anteq̃ circumflexus solis expansus est, ante etiam q̃ nox diesq; discriminata sunt, marisq; & fœminæ rationem optinuisse propter temperamenti commoditatem, augeri autem a calore terræ interno ad hoc se distribuente. Proinde plantas terrę esse partes non secus ac infantes in vtero vuluæ, fructus vero in plantis ignis & aquæ excrementa esse. At vero plantas quæ humoris inopes sint, æstu exustas defrondescere, quæ vero humoris plenę, frondes non amittere, vt laurum, oleam, palmã, Succorum porro differentias euariantis causas efficere, particularumq; multitudines, quas quidem differentias ab altricis similaritatibus referunt veluti in vineis, nam generum differentiæ vini prestantiam non efficiunt, sed

nutricij potius soli pabulum.

De vegetatione & auctu.

Empedocles quidem animantes alimenti substantia naturæ suæ accõmodati, augescere autem caloris accessu, minui vero vtriusq; defectu. Huius autem æui homines præ illis primis hominibus instar optinere infantium.

Vnde appetentiæ animalibus fiant & voluptates.

Empedocles appetentias fieri animalibus elementorum defectibus vniuscuiusq; conficientium, voluptates vero ex humido.

Quomodo fiat febris, & an adnatus consectariusq; sit affectus.

Erasistratus febrem hunc in modum definit. Febris est citamentũ sanguinis in spiritalia illapsũ conceptacula, idq; nulla nostra sponte. vt enim mare cum flatu nullo cietur, conquiescit, violento vero flatu pręter naturam irruente, imitius conturbatur, nihilo secius in corpore cum cietur sanguis in spiritum conceptacula irrumpit, inibiq; efferuescens concalefacit totum corpus. Placet autem illi febrem posterum & consequentem affectum esse. At vero Diocles hoc modo inquit. conspectus introrsus latentiũ comparentia sane sunt & per summa erumpentia. Atqui id genus affectionibus adnasci febrem videmus, & in vulneribus & pituitosis collectionibus & inguinariis abscessibus. Herophilus nulla etiamnum precedente causa nonnullos interdum febricitare.

De prospera aduersaq; valitudine, & senectute.

Alcmæon sanitatis conseruatricem potentiarũ æquabilitatem, humoris, caloris, siccitatis, frigoris, amaritudinis, dulcedinis, & reliquarũ. Con

tra vnius dominatum præpotentem valitudinis effectorem, tabificũ enim esse vtrarumuis partium dominatũ impotentem, morborumq; omnium causam. Atq; illam quidem tum a qua, vt caloris exuperantiam aut frigoris, tum vero ex qua, vt redundantiam & defectum, vt in nõ nullis sanguinis inopiam aut etiam cerebri. Sanitatem aut esse modice accommodatũ qualitatum temperamentum. Diocles morbos fere fieri propter inæquabilitatem elementorum corporalium habitusq; aeris. Strato morbos propter alimenti exuberantiã cruditatemq; & corruptionem fieri, contra ꝓsperam valitudinem rectã corporis constitutionẽ alimentiq; quod satis est esse. Stoici concorditer seniũ caloris inopia fieri censent, eos enim qui plusculum calorem habeant diutius viuere. Asclepiades æthiopas celeriter senescere, atq; adeo trigesimo anno, eorum enim corpora supra modũ calfactari, a sole vtiq; deusta. Enimuero in Britannia centũ & viginti annis homines senescere. Quandoquidẽ obrigefacta loca introrsus calorem arcent. Etenim æthiopum corpora ideo exustiora esse, q̃ a sole relaxata sint, aliter prorsus atq; ad aquilonem, vbi densa corpora sunt, propter quod & longæua.

FINIS.

Argentorati, Ex ædibus Schurerianis
Mense Iulio. M D XVI.

REGNAN. CAES. MAXIMILIANO.
P. F. AVG.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

5621